nālis ꝑfectiōis ibi mēſura nō eſt
mere naturalis.

¶ Ex hoc infero ꝙ euū nō eſt me
re naturale.

¶ Ad argumētū igit̄ ꝓ ꝑdicta opi
niōe diceret̄ ꝙ ea q̄ ſūt mere natu
ralia nō ſūt diminuta ī āgelis. ea
vero q̄rū ꝑfectio ē ex ꝑticipatione
ſuꝑnaturalis ꝑfectiōis ꝛ q̄ nō ſūt
mere naturalia ſunt diminuta et
ablata: hmōi aūt ē euū ꝛ hoc ma-
gis declarat̄.Euū em̄ ꝯſeq̄t̄ eſſe et
opationē ſimplicē. eē aūt luciferi
lꝫ in ſe ſit eque ſuū: ſicut aīi: eſt tm̄
cōiunctū maioꝛi cōpoſitioni ꝗ̄ eē
primi angeli btī: eo ꝙ lucifer per
pctm̄ receſſit a ꝑmo ſumme ſim-
plici.ſ.a deo: ꝛ ꝯuerſ⁹ ē ad creatu-
rā.angel⁹ aūt beatus ſemꝑ cōiū-
ctus eſt deo ꝛ hꝫ aliquā opationē
ſꝑ vniformē.ſ.viſionē beatā: et iō
ſuū eſſe eſt ꝯiunctū maioꝛi ſimpli
citati: ꝛ ſilr̄ ꝑpꝛia eius operatio.

¶ Qđ aūt ꝑdicta ſint de mente.s.
D.pꝫ ipſe.n.ſic dicit. 6. q̄li. q.7.
ſbē ſpūales mēſurant̄ euo nō ſolū
quantū ad earū eſſentiā: ſed ēt ꝗ̄-
tū ad ꝑpꝛiā earū opationē.ꝛ ſic oꝫ
ꝙ ille angelus q̄ eſt ſbꝫ cui ſit ſim
pliciſſim⁹: nō ſolū ꝗ̄tū ad eēntiā:
ſed ēt ꝗ̄tū ad opationē.talis autē
eſt ſupꝛemus beatoꝝ angeloꝝ
cui⁹ opatio maxime eſt in vno qđ
eſt de⁹ vnita.vñ ſupꝛem⁹ btōꝝ an
geloꝝ eſt ſubiectū eui: nō aūt luci
fer.hec ille.Et iſta ſufficiant pro ꝑ
ſenti queſtione.

## Diſtinctio.iij.

Fr Iſidorus Weleñ. Circa diſtinctionem
tertiā. ꝑmo q̄ritur.
Utrū angeli indiui
duant̄ ꝑ materiā.

**Pro** q̄ōne ſit ꝑ-
ma cōclo.
Null⁹ āgel⁹ ē ꝯpoſit⁹ ex materia ꝛ
foꝛma: ꝓpꝛie loq̄ndo de materia
et foꝛma.Hanc probat.s.Tho.1.
par.q.50.arti.1.Item.2.diſt.3.q.1.
ar.1.Iteꝫ de ſpūalibus creaturis
q.1.Itē ſecundo ꝯtra gen. ca.40.
Item pꝛimo quoli.

¶ Ratio hui⁹ ē.Nulla ſbā p° et ꝑ
ſe intellectualis ſeu intelligētia/
habet materiā partē ſui: ſꝫ q̄libet
ſbā ſeparata eſt hmōi.ergo.

¶ Contra arguit Aureolus ꝙ ſbē Aureolus.
intellectuales ſiue angeli ſiue aīe
rōnales: cōponāt̄ ex materiali ꝑn
cipio ꝛ foꝛali.p° q̄deꝫ rone Phi et
Cōmē.3.ɗ aīa.Oē recipiēs opꝫ eē tex.cō. 4.ꝛ.5.
denudatū a natura recepti et ſm
ſpeciē ꝛ ſm gen⁹ pꝛimū.ſꝫ in gñe
ſbarū: eſt dare aliq̄d qđ pōt recipe
omnē entitatē actualeꝫ in genere
intellectualiū: qđ cū nō ſit nihil:
neꝗ̄ ad actū trahibile: igitur erit
potentia.maioꝛ probatur vniuer
ſaliter.et reſpectu eſſe realis et re
ſpectu eſſe intentionalis. Pꝛimo
in oculo recipiente coloꝛem inten
tionaliter ideo opꝫ ꝙ ſit omnino
abſcoloꝛ.Secūdo auctoꝛitate Cō
menta.3.de aīa.cō.7.contra Aui-
cen.vbi exponēs ꝓpoſitionē.oē re
cipiēs ꝛc.inq̄t Ari. vtit̄ hoc ſmōe
cōiter ꝛ ad ſpūalia: vt oculus reci
pit coloꝛē ꝛ ad coꝛpalia: vt coꝛpus
recipit coloꝛē.idē dicit cō.17.mioꝛ
vero patet: qꝛ ī natura ītellectua-
li eſt aliq̄d: qđ recipit oēm entita-
tē: inꝗ̄tū eſt actu intelligibile.

¶ Rñdeo.Ariſt.mens nunꝗ̄ fuit
ſbās ītellectuales ꝯponi ex mate-
ria ꝛ foꝛa: de mēte vo Auer.nō eſt
multū ī hac materia curādū: qꝛ er
rauit exponendo Ariſto. ſicut. b.
Tho.oñdit ī ꝑma ꝑ.q.76.ar.1.itē
2.ſen.diſt.17.q.2.ar.1.itē.2. cōtra
gen.ca.59.item in.q.de aīa ꝛ ɗ ſpi
ritu cre.ꝛ in multis alijs trac.

¶ Dico itidē rñdēdo rōni: eam pa
ti duplicē calūniā: ꝛ duplex ꝯtine
re falſum. Pꝛia calūnia ē: qm̄ mi-
noꝛ eſt falſa pro qua nihil labora-
uit: maiorē autē gratis ꝛ ſine labo
re cōceſſiſſemus.Nō.n. intellect⁹
poſſis de q̄ loquit̄ Ariſt.eſt in po-
tētia naturali ad recipiēdū oīa in
telligibilia: ſꝫ ſolū oīa ītelligibilia

ſenſibilia:⁊ iõ nõ hʒ i ſe naturā alicuiꝰ ſenſibilis i actu. cũ quo ſtat: ꝙ ſit aliq̄d actuale in genere entiũ: nõ in gñe itelligibiliũ: vt.s.Tho.prima pte.q.87.arti.1.

¶ Calũnia ſcda eſt: q2 i angelis nõ eſt itellectꝰ agẽs neq3 poſſis: vt ꝓbat.s.Tho.pma p.q.54.ar.4.

¶ Primũ vero falſum qđ aſſumit eſt: ꝙ ois entitas actualis ſit actu intelligibilis: vl ꝙ ois actualitas ſit itelligibilis ꝑ impſſionẽ ſui in intellectũ: vt pʒ đ eẽntia aie: đ eiꝰ potẽtijs: habitibꝰ: actibꝰ īmanẽtibus: ac ſubſtantijs ſeparatis pro iſto ſtatu: que intelligũt ꝑ ſpecieʒ obiecti ſenſibilis.

¶ Neq3 obliuiſcendũ ꝙ hic loquimur de potẽtia naturali aie cõiũcte ⁊ ꝓ ſtatu ꝯiũctiõis ad corpus: iõ nõ ē naturale aie ꝯiũcte vt recipiat ſpẽs ſeparatorũ. receptio ꝟo diuine eſſentie in itellectu poſſibili/equoca valde eſt et ſatis metaphorica ad propoſitum.

¶ Scđm falſuʒ: qđ p̄ſupponit eſt ꝙ quelibet ſba ſpũalis intelligat nouiter recipiẽſ. ſpẽm ab obo vt hʒ.s.Tho.in.1.p.q.54.ar.4.

¶ Aduertẽdũ qm̃ arguẽs adducit nonnulla ex.3.de aia.tex.cõ.4.et 5. Ex quibus vult ſequi oppoſitũ cõclõnis: ꝙ phs ſolũ ibidẽ loquit de itellectu nr̃o ⁊ nõ de angelico. ⁊ de intellectu nr̃o / nõ vult ꝙ ſit denudatꝰ ab oi actualitate: ſʒ tm̃ ab oi actualitate ſẽſibiliũ naturarũ. q2 illas tm̃ directe ⁊ ꝑfecte itelligit ꝓ ſtatu ſuo: nec ſeipm̃: nec actus: nec habitꝰ ſuos: nec eẽntiaʒ aie directe p̄mo intelligit: ſʒ p̄o intelligit aliquã naturã ſenſibilẽ: et ſecũdario actũ ſuum: ⁊ per actum cognoſcit ſeipm̃. vñ Ariſt. dicit in tertio de anima.tex.cõ.33. ꝙ obiecta precognoſcunt actibus: ⁊ actꝰ potentijs.

¶ Scđo. Augu.13. confeſſionũ ca. 8. dicit fecit deus iformẽ materiã ois creature ſpũalis ⁊ corporalis.

¶ Rñdeo. primo forte Augu. accepit materiã ꝓ aliquo potẽtiali. ſecũdo forte loquutꝰ eſt ſequẽs platonicos tertio.s.Tho.de ſpũ.cre. q.1.ad.4. dicit ꝙ Aug. ꝑ materiã inuiſibiliũ intelligit informitateʒ nature ſpũalis ſm ꝙ nõdũ ꝯuerſa eſt ad verbũ a quo illuminatur.

¶ Tertio. Incõpoſitũ ex materia ⁊ forã adequat diuine ſimplicitati nec patit nec ē accñtiũ ſbm: dicente Boetio. pura forã nõ põt eẽ ſbm accñtiũ: ſʒ angeli iadequant diuine ſimplicitati ac patiũt paſſione realis ſupplicij. ergo.

¶ Rñdeo. negat maior: q2 in angelo eſt ꝯpoſitio triplex. ſ. ex ſba ⁊ accñte: ex ſuppoſito ⁊ natura: ⁊ ex eẽ ⁊ eſſentia q̄ nõ eſt in deo. Iteʒ demones patiunt ab igne corporeo per modũ alligationis ⁊ nõ ꝑ modũ alteratiõis materialis: vt Augu. dicit. Itẽ ſba ſpũalis agit ⁊ patit nõ ſʒ formã vl materiã: ſed ſʒ ꝙ eſt in actu. ⁊ inquãtũ ē in potẽtia ſʒ itellectũ ⁊ volũtatẽ recipiũt aliqua accidentia. de his.s.Tho. vbi.s̄.ad.16.20.et.22.

¶ Et ꝑ hoc ptʒ ꝙ dictũ Boetij intelligit de pura forma ab oi potẽtialitate abſtracta.

¶ Contra ꝓbõnẽ cõclõnis arguit Durãdus. Maior aſſumpta ē falſa. nã vera eſt de principio eliciti- *Durandus in 2.di.3. q.1.ar. pmo.* uo tm̃: nõ aũt operante vt pʒ i homine: ⁊ idẽ dicã in angelo. ſ. ꝙ angelus nõ eſt principiũ elicitiuum intelligendi: ſed forma eius.

¶ Rñdeo. Inſtãtia nihil valet: q2 oẽs ſcti: imo ẽt phi ponũt ſbas ſeparatas eẽ itellectuales ſm ſe totas: nõ autẽ ſm partẽ. Probat. n. Phs p̄mo đ aia tex.cõ.11. et tertio tex.cõ.52. ꝙ intelligere nõ eſt opatio cõpoſiti: ita ꝙ nulla ps materialis ſiue ſit quãtitatiua ſiue eẽntialis ē elicitiua tãq̄ agẽs p̄ncipale nec inſtr̃ale actus itelligẽdi.

## Cõcluſio.ij.

In ſubſtãtijs materialibꝰ ⁊ corporeis p̄ncipiũ idiuiduatiõis ē mã vno mõ: ⁊ quãtitas alio mõ. Hãc ponit.s.Tho.3.ꝑ.q.77.ar.2. Item.4.ſen.diſtin.12.q.



1.ar.p̄o q̄ſtiũcula.3.ad.3. Itẽ i tractatu de p̄ncipio idiuiduationis. Itẽ in p̄ma ꝑ.q.3.ar.3.⁊.q.11.ar.3. ⁊.q.13.ar.9. Itẽ.3.ꝑ.q.2.ar.2.

¶ Aduertẽdũ ꝙ duplex contradictio vr̃ eſſe in dictis.s.Tho. p̄ma eſt: q2 in p̄ma ꝑ.q.29.art.p̄o. dicit ꝙ ſubſtãtia idiuiduat per ſeipſaʒ ſed accidentia indiuiduãtur per ſubſtantiam.

¶ Rñdeo. nõ eſt ꝯdictio: vt ptʒ in 2.art.eiuſdem.q.ad.3. vbi dicit ꝙ hypoſtaſis ⁊ ꝑſona addunt ſuper rõnem eẽntie p̄ncipia indiuiduãtia. indiuiduat ergo ſubſtantia ꝑ ſubſtãtiam: accidens ꝟo nõ indiuiduat per accidens.

¶ Scđa ꝯtradictio vr̃ eſſe: q2 i tractatu de p̄ncipio indiuiduatiõis dicit quantitatẽ terminatam eſſe p̄ncipiũ indiuiduatiõis: ſed i ſcripto ſuꝑ Boetio de tri. dicit ꝙ non ſed eſt quãtitas interminata.

¶ Rñdeo. dico p̄mo ꝙ nõ eſt contradictio: q2 quãtitas interminata eſt p̄ncipiũ idiuiduatiõis q̄tũ ad hoc: qđ eſt reddere mãʒ diuiſibilem in ꝑtes diuerſas: quãtitas vero terminata ad quã ſequit ſʒ eſſe vnitas: eſt p̄ncipiũ indiuiduationis quãtũ ad hoc ꝙ reddit materiã incõicabilẽ pluribꝰ formis ſm idem eſſe ⁊ ſm eandẽ virtuteʒ de genere quãtitatis.

¶ Dico ſcđo ꝙ.s.Tho.in illo tractatu ſuꝑ Boetio ⁊ i multis alijs locis ſequutꝰ eſt opinionẽ Auer. de quãtitate iterminata p̄cedẽte formam ſubſtantialẽ in mã: quaʒ negat in ſumma.

¶ Ad cuius intellectũ ſequẽdo dicta in ſumma: format talis rõ pro ꝯcluſione: illud veriſſime eſt p̄ncipiũ indiuiduatiõis formaꝝ ⁊ naturarũ: ꝑ qđ formã vel nã eſt vere indiuidua: ⁊ incõicabilis ⁊ indiuiſa in ſe ⁊ diuiſa ab alijs: que ſunt vel eẽ p̄nt in eadem ſpẽ: ſed mã ⁊ quãtitas ſunt hmõi reſpectu formarũ materialiũ vel mãm informantiũ. igitur ⁊c. maior ⁊ minor. patent ex predictis locis.

¶ Cõtra arguũt multi ⁊ inſcripti. Et p̄lo Aureo. ꝓbãdo: ꝙ nõ oporteat querere aliq̄d: quo idiuiduet ⁊ ꝯtrahatur ſpẽs ad hoc vel illđ ſingulare: quia eſt indifferens de ſe ad hoc vel illud ſingulare. nulla res extra intellectũ eſt indifferẽs ſed principium indiuiduationis eſt hmõi. g̃. p̄ma ꝓbat. Nã ſi i ſorte eſt res indifferẽs puta res hũanitatis ⁊ res differẽs: que eſt res ſortis ſibi ꝓpria: ſequit ꝙ in ſorte extra intellectũ ſit duplex humanitas ſcʒ differens ⁊ indifferens: ⁊ ſic eſt dare tertiũ hoiem cõeʒ ſorti ⁊ platoni. *Multi inter q̄s Aureo.*

¶ Si dicat ꝙ humanitas indifferens idiuiduat ꝑ additũ p̄ncipiũ indiuiduatiõis: ⁊ ſic humanitas ſortis ⁊ ſorteitas includũt quideʒ duas res: ſʒ nõ duas hũanitates.

¶ Cõtra. ſequit ꝙ humanitas ſocratis ſit illius hypoſtatica ꝓprietas. ⁊ ita ſequit cũ a platone differat per ꝓpriã humanitatẽ: ꝙ non differũt q̄ditatiue ⁊ ſbalr: ſed proprietate extriſeca: qđ ē icõueniẽs. igr̃ erũt i ſocrate due hũanitates.

¶ Si dicat ꝙ hũanitas ſocratis. differt ab hũanitate plõnis tãq̄ qđ nõ aũt tãq̄ quo: iõ ſaluat differentia ſubſtãtialis inter eos: reſpectu qđ ⁊ non quo.

¶ Cõtra. forma adueniẽs alicui indifferẽti ſubſtracto: totã indifferentiã que eſt ſibi intrinſeca relinquit: ſʒ facit differre ſolũmõ penes ſuũ effectũ formalẽ: ſed differentia indiuidualis eſt forma adueniẽs indifferenti: cuius effectꝰ formalis nõ eſt eſſe hominẽ ſʒ aliq̄d extrinſecũ. Igitur ſortes ⁊ plato nõ diſtiguunt humanitate: ſed aliquo extrinſeco accidentali qđ eſt eſſe hypoſtaticũ: maior declaratur exemplo. nam albedo adueniens ſuꝑficiei: nõ aufert ſibi idifferentiã quã hʒ ad alios colores.

¶ Rñdeo. Maior põt equoce accipi. res enim nulla extra intellʒ vt eſt extra intellectum eſt indifferẽs ad plura: ſed eſt determina-

ta ad vnū indiuiduū. Et hoc mō maioꝛ eſt vera. ſi aūt intelligat̄ ꝙ res que eſt extra intellectū vt pꝛe ſcindit a tali eē: qꝺ nō eſt ipſa nec pars eius: nec de ratione eiꝰ: nec eſſentialiter cōcomitans rationē eius: nō eſt idifferēs: falſa eſt maioꝛ. ⁊ eiꝰ oppoſita eſt vera. ſ. ꝙ aliqua res exiſtens extra intellectū eſt de ſe indifferens ad plura indiuidua. Et ad hunc ſenſum non ſequit̄ ꝙ ſit dare tertiū hominem cōem ſocrati ⁊ platoni.

¶ Conceditr̄ etiā ꝙ humanitas q̄ eſt in ſoꝛte ſit de ſe indifferens: ſit aūt differens per aliud ab illa: et ꝯcedit̄ ꝙ humanitas ſoꝛtis ⁊ platonis differunt differētia que eſt cā differētie eoꝛū: nō tn̄ pꝛima cā diſtinctiōis illarū humanitatum aut illoꝛū indiuiduoꝝ eſt humanitas vt hūanitas: ſꝫ ꝙ hecceizat pꝰ nāꝫ: deinde indiuiduūꝫ. Et ſic conceditur ſecūda reſponſio.

¶ Ad tertiā replicā dr̄ pꝰ ꝙ ipſa cōcludit: ꝙ dr̄ia indiuidualis facit nām differentēꝫ ſm̄ eſſe qꝺ hꝫ in hoc indiuiduo: nō aūt ſm̄ eſſe qꝺ hꝫ in idiuiduo. Eſt ergo ſimul differēs ⁊ indifferēs: cōicabilis et incōicabilis ſm̄ diuerſas ſui cōſiderationes i re fundatas. Nec ſeq̄tur ꝙ Soꝛtes ⁊ Plato nō differūt per ſuas humanitates ꝓpꝛias: lꝫ nō diſtinguant̄ in hūanitate cōi in ſe conſiderata.

¶ Dico ſcꝺo ꝙ maioꝛ eſt vera: qn̄ talꝫ foꝛma aduenit ſbſtracto pꝛiꝰ ſubſiſtēti in eſſe reali: ſicut eiꝰ ꝓcedit ꝓbatio. non eſt aūt vera: qn̄ ſubſtractū nullū eſſe exiſtentie vl̄ ſubſiſtētie hꝫ ante aduētū foꝛme diſtinctū: ſed ab ipſa accepit eſſe reale ⁊ diſtinctū: ſicut eſt in ꝓpoſito. rōnem habes a. s. Tho. de po. q. 1. arti. pꝛimo.

¶ Nos ēt nō dicimꝰ ꝙ nā ex intellectū hēat eē idifferēs qꝺ tollit̄ ꝑ pncipiū idiuiduatiōis: ſꝫ dicimꝰ ſolū ꝙ nā nō hꝫ ex ſe eē indifferēs nec differēs: ſꝫ vtrūqꝫ accidit ſibi. Habet. n. eſſe indifferens vt eſt in itellectu: differēs vero vt eſt in ſuppoſito: ita ꝙ arguēs fallit̄ ꝑ ſophiſma ꝯn̄tis: ac ſi ſic argueret. Natura ex ſe nō hꝫ eſſe differēs: igit̄ hꝫ ex ſe eſſe indifferens.

¶ Scꝺo arguit. 4. met. dr̄ eodem mō foꝛmalr̄ aliqd eſt hō ⁊ vnꝰ hō. igitur Socrates humanitate eſt hō ⁊ nō tali pꝛopꝛietate. Tex. cō. 3.

¶ Rn̄deo. dico pᵐo ꝙ ꝑ idē hō eſt hō ⁊ vnus hō vnitate eēntiali trāſcendenti: nō quātitatiua.

¶ Dico ſcꝺo ꝙ indiuiduatio plus requirit q̄ꝫ eſſentialis vnitas: ad quā ſufficit indiuiſio in ſe. Ad indiuiduatōeꝫ vero q̄tuoꝛ req̄runt̄. pᵐū eſt idiuiſio in ſe. ſcꝺꝫ diuiſio ab alijs indiuiduis eiuſdeꝫ ſpēi. tertiū irreceptibilitas ſiue incōicabilitas ꝑ modū vl̄is. quartū eſt determinatio ad hic ⁊ nūc. Hoꝛū vero pncipiū nō eſt nā pura; q̄ ex ſe ē indr̄ns negatiue: lꝫ nō poſitiue. i. hn̄s aliquid repugnās differētie. Quatuoꝛ requiſita ad indiuiduationem.

¶ Tertio. arguit ſm̄ Boetiū. Oē qꝺ eſt: vnū numero eſt. igit̄ ſingulare de ſe: nec opꝫ q̄rere aliā cām.

¶ Rn̄deo. dico ꝙ dn̄s Albertꝰ ſup Poꝛphyriūꝫ in. 2. tractatu dupl'r Boetij ꝓpōnē exponit. pꝛimo qꝛ eſt vera de his q̄ vltimo in nā pfecta ſunt: non aūt de vl'ibꝰ. ſcꝺo qꝛ eſt vnū numero vltimi eſſe: nō numero eſſentie.

¶ Cōtra eandē arguit Sco. ꝓbare volēs: ꝙ ſba mālis nō ſit indiuidua ꝑ quātitatē foꝛmalr̄ pꝰ q̄dē pᵐa ſba vt diſtinguit̄ a ſcꝺa ꝑ ſe gn̄at̄. 7. meta. ⁊ ꝑ ſe opat̄: qꝛ eſt vnū ꝑ ſe agēs. ḡ nō ē vnū ꝑ accn̄s. Scotꝰ 2. diſt. q. 4. Tex. 3.

¶ Rn̄deo. dico pꝰ pmittēdo q̄daꝫ ſm̄ mentē. s. Tho. ſup Boetio de tri. ꝙ nulla foꝛma inquātū hmōi eſt hec ſeipſa. ſit aūt hec ꝑ hoc ꝙ recipit̄ in mā: nō quidē idiſticta: ſed in mā diſticta ⁊ determinata ad hic ⁊ nūc: mā aūt nō eſt diuiſibilis niſi ꝑ quātitatē. Efficit̄ eniꝫ hec ſm̄ ꝙ eſt ſub dimēſionibꝰ: dimenſiones vero pn̄t dupl'r cōſiderari. Uno mō ſm̄ determinatiōeꝫ puta qn̄ terminant̄ ſm̄ determi-





natā figurā: ⁊ ſic nō ſunt pncipiū indiuiduatiōis: qꝛ talis terminatio variat̄ ſtante indiuiduo. Alio mō ſꝫ indeterminationē quāuis aliqn̄ ſine aliq̄ terminatiōe eē nō poſſit. His dimēſionibꝰ interminatis efficit̄ mā hac ſignata: ⁊ ſic indiuiduat foꝛmā: ⁊ ſic ex mā cauſatur diuerſitas ſꝫ numerū in eadē ſpē. Alia vero accn̄tia nō ſunt pncipiū indiuiduatiōis: ſed ſunt pncipiū cognoſcēdi diſtinctionē idiuiduoꝛū: ⁊ ꝑ hūc modū ēt alijs accidētibus indiuiſio attribuitur.

¶ Pꝛemitto ſcꝺo ꝙ. s. Tho. ſuper Boe. de trini. ⁊. 4. ſen. ⁊ in multis alijs locis ſequutꝰ eſt opinionem Auer. de dimēſionibꝰ interminatis: ponēs eas diſtinctas eēntialr̄ a terminatis: ſicut potētia diſtinguit̄ ab actu: ⁊ ꝙ nunq̄ꝫ ſepant̄ a mā: ⁊ pcedētes foꝛmā ſunt vt mediū iter foꝛmā ⁊ māꝫ. ⁊ ſtāt ſucceſſiue cū diuerſis foꝛmis: ⁊ ſunt igenerabiles ac pncipiū indiuiduationis. ſed in ſūma tenuit oppoſitū: ⁊ poſuit dimēſiones ſm̄ diuerſas ꝯſideratiōes dici terminatas ⁊ interminatas vt dictū eſt.

¶ Dico tertio rn̄dendo ad arg. ꝙ aliq̄d eſſe ens ꝑ ſe pōt tripl'r intelligi. Pꝛimo qꝛ dicit nām vel rem nāe vniꝰ pdicamēti: ⁊ nō dicit aliq̄d cōpoſitū ex rebꝰ diuerſoꝝ gn̄erum: nec ex duabꝰ entitatibꝰ: q̄rū vnio ſit mere ꝑ accn̄s: nec vna per ſe inſit alteri: quacūqꝫ perſeitate. Ens per ſe pt̄ tripl'r itelligi. Scꝺo qꝛ nō dicit tale cōpoſitū ex duobꝰ: nec i recto nec in obliquo in ſua rōne cōuocat res duoꝝ generū. ſed tota ſua rō cōplet̄ ꝑ pꝛedicata vnius gn̄is. Tertio qꝛ ſua entitas nō depēdet in eſſe: nec in fieri a cā extrinſeca vel intrinſeca a ſe realr̄ diſtincta. pꝛimo aūt mō tm̄: pᵐa ſba in gn̄e nālium pōt dici ens per ſe. ſꝫ ſcꝺo mō ſola entia mathematica ⁊ metaphyſica ſūt entia ꝑ ſe. ſed tertio mō ſolus deꝰ eſt ens ꝑ ſe. Tūc dico ꝙ pᵐa ſba mālis inquātū hmōi includit in ſua rōne dimēſionē in obliquo.

¶ Scꝺo arguit. nullum accn̄s eſt cā huius ſingularitatis. ḡ aīs ꝓbatur. id quo variato manet ſba hec: nō eſt cā ſingularitatis: ſꝫ accidens ⁊ pcipue quātitas: variari pōt nō variata ſba hec. ergo nō eſt cā ſingularitatis. minoꝛ ꝓbat̄ Tum qꝛ nulla ē cōtradictio ꝙ deꝰ ſbaꝫ quantā ſine iſta q̄ꝫtitate itoꝛmet ⁊ cōſeruet ſub alia. Tūꝫ qꝛ incōpoſſibile eſt vnam ſbam manētem nō mutatā eſſe ſimul vel ſucceſſiue hanc ſpēm: ⁊ nō hāc ſpēm ergo a ſimili in pꝛopoſito.

¶ Rn̄deo. dico pᵐo ꝙ pᵐa radix indiuiduatiōis ſbe quātū ad eſſe incōicabile eſt mā: ſed quātuꝫ ad eē diſtinctū ab alijs eiuſdē māe: ⁊ quātū ad eſſe hic ⁊ nūc eſt quātitas. pōt itaqꝫ nō mutata ſba ꝑ diuinā potētiā hec fieri nō hec; ſcꝺo mō: nō aūt pꝛimo modo.

¶ Dico ſcꝺo. ml'tos dubitare. vtꝝ deꝰ poſſet facere hoīem ſine q̄ꝫtitate. rurſuꝫ poſito: ꝙ ſba ſoꝛtꝫ eēt ſeparata ab oī quātitate vtrū eēt idē numero qui pꝛiꝰ. Pꝛo pꝛimo vide Henricum quoli. 2. q. 8. Pꝛo ſcꝺo vide Godofredū i quolibetis ſuis. s. Tho. vero. 7. quoli. ar. 10. Et cū ibi dicit. s. Tho. ꝙ albedo ſeparata per diuinā potentiā; nō eſſet indiuidua: itellige nō ꝙ nullo mō eēt indiuidua: ſed ꝙ nō eēt indiuidua ſenſibilis: demōſtrata ⁊ determinata ad hic ⁊ nūc: idem diceret̄ de homine ſubſiſtēte ſine quantitate.

¶ Tertio arguit. duarū cōpletaꝝ productionū in eē ſbali. nō pōt eē idem pꝛimꝰ terminꝰ: qꝛ idem bis cōplete produceret̄: ſtante aūt poſitione erit idē terminꝰ nālis pꝛoductiōis ⁊ creatiōis: puta ſi creet̄ panis ſub quātitate panis pꝛius geniti ⁊ in chꝛiſti coꝛpus cōuerſi. Eſſet. n. vnꝰ nūero panis genitꝰ ⁊ creatꝰ: cū vnā numero ſingularitatē hr̄et. Ex quo vlteriꝰ ſeq̄tur ꝙ iſte panis creatꝰ ſit trāſſubſtātiatꝰ: imo ꝙ nullus ſit trāſſubſtātiatꝰ: qꝛ nō panis vl'is nec ſingularis.

¶Rn̄deo.negat̄ maioꝛ:qꝛ ēt ſꝫ ar
guentē:deus pōt aliq̄d ꝓducere
⁊ poſtea annihilare ⁊ tertio idem
numero reproducere.
¶Dicitur quoqꝫ ꝙ maioꝛe ꝯceſſa
argumētū nō ꝓcedit ꝯ nos:qꝛ eo
caſu poſito nō eſſet vnꝰ numero
panis:lꝫ.n.eādē ſingularitatē ha
beret quātū ad eſſe hic ⁊ nunc:ſe
cus quantum ad eſſe incōicabile.
Cōcludit.n.ſolū ꝙ poſſe eſt duos
panes hr̄e eandē indiuiduationē
quo ad hoc:qꝺ eſt eſſe idem ſenſi
bile demonſtratum quo ad hic ⁊
nūc:nō aūt quo ad eſſe incōicabi
le:qꝛ nō haberent eandē mām.
¶Quarto arguit.Subſtātia eſt
Tex. 4. poꝛ nāliter oī accidente.7.met.⁊
intelligit̄ de ſb̄a ſꝫ totā coordina
tionē ſuā.Igitur nullū accn̄s pōt
eſſe cā ꝙ ſb̄a ſit in hac coordina
tione:cū ſit prius ꝗ determinet̄
aliquo accidēte.ꝯn̄a ꝓbatur.quia
qn̄ aliquid eſt maxime prius ad
aliud:maxie p̄mū illiꝰ ē priꝰ ad il
lud aliud:maxime aūt primū ſb̄e
in cōi eſt prima ſb̄a.
¶Rn̄deo.Subſtātia eſt prioꝛ nā
liter oī accidēte ad hunc ſenſuꝫ ꝙ
ſb̄a inquātū ſb̄a nō includit ī ſua
rōne accidēs nec p̄ſupponit illud
vt cām ſui ineſſe vel cognoſci:qꝛ
nō ōis ſb̄a cauſetur ab accidente.
Nec tn̄ quelibet ſb̄a ē nāliter p̄oꝛ
accidēte ſm ſuam ſpecialē rōneꝫ.
Quia nullū ens phyſicū ſine mā
tex. 26. ſenſibili pōt diffiniri.2.phy.⁊.6.
Tex. 2. meta.Nec tota coordinatio prece
dit ſm qōlibꝫ ſui oē accidēs.Pri
ma quoqꝫ ſb̄a naturali intelligen
tia prius eſt quāta:ꝗ habeat oia
requiſita ad cōpletā ſui īdiuidua
tionē:puta ad eē hic ⁊ nunc.
¶Cōtra arguit.Tuꝫ qꝛ p̄ma ſb̄a
ſm te nāliter eſt quid prius ī eēn
do ꝗ ſit quātitas:ſed nō pōt pria
ſb̄a intelligi eſſe niſi ſit hec.ergo
nō eſt hec per quātitatē.Tum qꝛ
ſb̄a ē prioꝛ oī accidēte:qm̄ eſt ſb̄m
oīm accn̄tium.ergo.
¶Rn̄deo.Pōt intelligi hec ſine
quātitate quātū ad eſſe incōicabi
le:nō quātum ad alia req̄ſita ad
cōpletam indiuiduationem.
¶Ad aliud dicit̄ ꝙ ſb̄m prius eſt
ſuo accidēte ⁊ prius nā hꝫ vnitatē
⁊ ſingularitatē:quo ad aliqua q̄
ſunt de rōne indiuidui:ſꝫ nō quo
ad omnia potiſſime:que ſecūda
rio ⁊ minus principalr̄ ſunt de ra
tione indiuidui:vt ea q̄ ei ex quā
titate inſunt:ſine q̄bus pōt p̄ma
ſubſtantia indiuidua inueniri:vt
pꝫ in ſubſtātijs ſeparatis.
¶Scito ꝙ p̄ncipiū indiuiduatio
nis ſb̄e:nō ſemꝑ opꝫ ad genꝰ ſb̄e
proprie pertinere.3.pte.q.2.ar.3.
ad tertiū.Cū aūt prima ſb̄a in eē
prime ſubſtātie precedat accn̄tia
s.Tho.in tractatu de nā materie
pꝫ quo mō nō totū nec principa
le principiū indiuiduatiōis eſt di
menſio:ſed ſecūdariū.
¶Quinto arguit.Prius nā:non
repugnat poſſe eſſe priꝰ duratiōe
poſteriori:ex.5.meta.ca.de priori.
Igitur poſſet quecūqꝫ ſb̄a eē priꝰ
duratione quātitate.
¶Rn̄deo.negat̄ an̄s de accn̄tibꝰ
relatiuis ſine quibꝰ ſb̄a creata eē
nō pōt per quācūqꝫ potētiā:imo
ſb̄a nālis ī eſſe phyſico nequit eē
ſine quātitate.Nō ēt ꝯcluſio eſt ꝯ
nos:qꝛ prima ſb̄a nō hꝫ ꝙ ſit pria
ab aliquo accidente.
¶Sexto arguit.Due coordiatio
nes ſūt p̄º diuerſe.ḡ ſingulare ē ī
qualibet coordiatiōe ꝑ nihil ali
cuius alteriꝰ coordinationis:⁊ ſic
ſb̄a nō indiuiduat̄ ꝑ quātitatē.
¶Rn̄deo.dico p̄º duas coordina
tiones eſſe p̄º diuerſas quātū ad
ad naturas ſui generis ⁊ ſpēi:nō
aūt ꝗtū ad vltimā īdiuiduatōeꝫ.
¶Dico ſcđo.argumētū cōcludere
indiuiduū inquātum indiuiduū
prime ſb̄e eſſe in p̄dicamēto ⁊ nō
depēdere a quātitate:cū quo ſtat
vltimatā indiuiduationē cōpleri
per rem alterius generis.
¶Sciendū ꝙ prima ſb̄a non eſt
ens per accn̄s:qꝛ vt ſic neqꝫ in re
cto neqꝫ in obliquo dicit accidēs
tanqꝫ aliquid ſui:lꝫ dicat tāqꝫ de



terminatiuū eēntie ſue:īductiuū
em̄ vltimate ⁊ materiale dr̄ ens
ꝑ accn̄s.Nō eſt.n.ꝓprie ens ꝑ ac
cidens oīno diſtinctū ꝯtra ens ꝑ
ſe:niſi qꝛ includit duo nullū ꝑ ſe
ordinē adinuicē hn̄tia:qꝛ.ſ.vnuꝫ
nō ineſt alteri aliquo mō ꝑſeitatꝭ
vn̄ oē ens nāle īportat ſēſibilē q̄li
tatē:⁊ nō dr̄ ens ꝑ accn̄s ab aliq̄.
¶Scito ꝙ nulluꝫ indiuiduū:quo
ad oīa que ſunt de rōne indiuidui
ꝓprie ꝑtinet ad coordinationē ali
cuius p̄dicamēti:qꝛ ad eſſe ſingu
lare in tali genere requirūt̄ duo.
Unū qꝺ reponat illud ī tali coor
dinatiōe.Aliud qꝺ faciat illud ſin
gulare.vide.d.Albertū ī cōmēto
ſuper Porphyriū.qbꝰ ſoluunt̄ ar
gumēta Scoti:q̄ p̄miſſa ſequunt̄.
¶Septimo arguit.⁊.eſt.11.argu
mentū apud eū.Si quātitas prio
indiuiduat ſb̄am:opꝫ ꝙ ipſa in ſe
p̄mo ſit hec.de ſe diſtincta ab alia
numeralr̄.ḡ.falſa ē illa tua ꝓpō.
Ōis dr̄ia formalis eſt ſpecifica.
¶Rn̄deo.Quātitas eſt p̄ncipium
indiuiduatiōis:nō quidē p̄mariū
ſꝫ ſecūdariū:⁊ ſe p̄mo.i.nō ꝑ aliꝺ
prius alterius generis ab alia di
ſtinguit̄:nō aūt ſeipſa p̄mo exclu
dendo partes eius q̄ ſūt priores.
Differt.n.hec linea ab alia ꝓpt̄ di
uerſitatē partiū.Habet aūt ꝑtes
quātitas ex ſua ꝓpria rōne.item
ex rōne quātitatis ē ꝑ portare ſecū
diuiſionē ⁊ plura indiuidua ⁊ di
ſtincta:ideo negat̄ ꝯn̄tia:illa vero
ꝓpoſitio vera eſt:ſi bene intelliga
tur:que ab antiquis theologis ⁊
ph̄is intelligit̄ de formis ſimplici
bus:de quaꝝ rōne nō ē diuiſio in
ꝑtes eiuſdē rōis vt diuidit ꝗtitas
¶Notādū ꝙ ſitus q̄ eſt dr̄ia ꝗti
tatis differt ab alio ſitu ex ꝓpria
oppōne vel ordine:quē ſitū fuerūt
ex eo ꝙ eſt ante vel retro reſpectu
alterius.Ordo.n.diſtinctionē re
quirit:querere aūt quare ſitꝰ im
portet diſtinctiōeꝫ eſt q̄rere quare
ſitꝰ eſt ſitꝰ.Dico quoqꝫ quātitatē
plus hr̄e ꝙ de ſe ſit hec ꝗ ſb̄a mā
lis cū ſecū portet diuiſionē diſtin
ctionē ⁊ ordinē:lꝫ aūt ex ſua rōne
habeat indifferētiā ad plura ſub
iecta intrinſeca vel extrinſeca que
ſunt ꝑtes māe ⁊ nō ſpēi in quarū
ſ.rōne ponit̄ ꝗtitas nō ecōuerſo:
tn̄ ſemꝑ portat dr̄iam adinuicē:⁊
ita aliq̄d cōe ⁊ aliq̄d indiuiduū et
aliq̄d intelligibile ⁊ aliq̄d ſenſibi
le.i.rōnē totius ⁊ partes materie:
quibus ceteris ſatis ſit.
¶Arguit ad idē Scotꝰ:ꝙ quāti Scotꝰ
tas nō ſit rō diuiſibilitatis ī īdiui vbi.ſ.
duo.p̄mo.q̄cq̄d eſt formalis rō ali
cuiꝰ diuiſibilitatis ineſt formalr̄
illi/qꝺ eſt diuiſibile illa diuiſiōe:
ſꝫ ꝗtitas nō ineſt formalr̄ ſpeciei
inquātū eſt diuiſibilis ī ꝑtes ſub
iectiuas.Igitur nō eſt rō diuiſibi
litatis in tales partes.
¶Rn̄deo.negat̄ mioꝛ.nā ꝗtitas
formalr̄ ineſt ſpēi quo ad māꝫ:alr̄
nō eēt diuiſibilis in ꝑtes ſb̄tiuas/
alr̄.n.diuidit̄ nā gn̄is:qꝛ ꝑ intrin
ſeca.alr̄.nā ſpēi:qꝛ ꝑ extriſeca.viꝺ
Albertū ſuꝑ Porphy.2.trac.ca.2.
¶Scđo.gn̄ans vt gn̄ans diſtin
guit̄ a genito:vt ſic oī alio circun
ſcripto.ḡ ēt circūſcripta ꝗtitate.
¶Rn̄deo.negat̄ minoꝛ.tuꝫ qꝛ ne
quinꝰ imaginari duas mās eiuſ
deꝫ rōnis ſine quātitate:tum qꝛ ꝺ
rōne agētis phyſici eſt quātitas.
¶Tertio.Si quātitas eſt rō diui
ſibilitatis:aut ſb̄a mālis in ſe nō
diuiſa nec diſtincta:multis quāti
tatibus informatur:⁊ hoc mō ſūt
multa indiuidua ſub vna ſpē:aut
ꝙ in ſe indiuiſa poſita quātitate:
hꝫ diuiſionē in ſe ⁊ in ꝓpria ſb̄a
litate:ſed primus ſenſus eſt cōtra
ph̄iā ⁊ theologiā.ſcđs aūt dſtruit
ſeipꝫ ⁊ īcludit ꝯtradictoria.ḡ.pro
bat ſcđa ꝑs.quia cui repugnat ex
ſe diuidi in partes ſb̄tiuas ꝑ nihil
adueniēs pōt diuidi in eas.eſt āt
ꝯtradictio dicere hoc ex ſe eē tale:
⁊ poſſe eſſe non tale.ergo.
¶Rn̄deo.ſm ſenſum ſequimur.
Cū hoc tn̄ additamēto ꝙ materia
nō hꝫ actu ꝑtes ſeꝑatas.ſemꝑ tn̄
eſt in potentia ad habēdum eas:
que potētia ad actū reducit̄ for

maľr per quantitatē. Idē dicit̄ de natura ſpecifica materiali. Ad im probationē dr̄ ꝙ cui repugnat ex ſe diuidi ꝯtie ꝑ nihil aduenıēs p̄t diuidi: nō aūt priuatiue. ſic in ꝓpoſito materia ex ſe nō hʒ actū diuiſionis: ſed hʒ potētiā. Eſt quoqꝫ contradictio ꝙ aliq̄d ex ſe ſit tale primo vel ſecundo ꝑſeitatis: ⁊ poſſit non fieri tale. Non autē ſi tertio mō q̄uo intelligim⁹ ꝙ q̄ditas rei materialis de ſe ſit idiſtincta.

Durandus hic q.2.

¶ Arguit quoqꝫ Durād⁹ ꝓbādo ꝙ q̄ātitas nō ſit p̄ncipiū indiuiduatiōis ꝑ ſubiectū compoſitū ex materia ⁊ forā: eſt pri⁹ hoc aliq̄d ⁊ vnū nūero ſaltim ordine nature ꝙ̄ ſit quantū: ergo q̄ātitas non eſt principiū indiuiduationis eius.

¶ Rn̄deo. argumentū cōcludit ꝙ q̄ātitas non eſt totale: nec principale: nec primū indiuiduatiōis principium. quod conceditur.

¶ Scd̄o. ſi q̄ātitas eſt p̄ncipium indiuiduatiōis aut ꝑ ſe ⁊ intrinſece eſt aut ꝯcomitatiue. Nō primū q: ſequeret̄ ꝙ nullū eēt īdiuiduū ꝑ ſe. q̄libet. n. īcluderet res diuerſorū predicamentorū: ⁊ ſic nullūʒ indiuiduū ī materialib⁹ eēt ꝑ ſe. Non ſcd̄m. ſ. cōcomitatiue: q: hoc intelligeret̄ de q̄ātitate q̄ manet cū ſubſtātia. qd̄ nō: q: omni accidenti p̄intelligit̄ ſubiectuʒ aut q̄ precedit. qd̄ non. q: adhuc exiſteret īdiuiduū aliqd̄ in illa natura remota q̄ātitate. Eſſet em̄ ſaltiʒ vnū qd̄ exiſteret nōvľr ſʒ ſingľr.

¶ Rn̄deo. q̄ātitas eſt principiuʒ indiuiduatiōis intrinſece nō concomitatiue modo prius expoſito. Ad ꝓbationē negantur ſequelle. Omne. n. ens phyſicū includit in ſua rōne quantitatē ⁊ qualitatē. Neqꝫ tn̄ dicit̄ vnū per accidēs: q: oīa ab eo incluſa habēt ordinem materialē adinuicē: vt em̄ ait Albertus. 7. meta. p̄° tracta. capi. 6. Oē diffinibile opʒ eſſe vnū ꝺm primū. vel ſcd̄m modū dicēdi per ſe: et ideo accidens per accidēs cum ſuo accidēte ꝯpoſitū nō eſt vna rōne diffinibile niſi p̄mo ad ꝑ ſe reducat̄: ⁊ tūc vnū nomē ſue ſpeciet ponat̄ vt hoc nomē ſimū vel aq̄lū.

¶ Dico ſcd̄o ꝙ quantitas indiuiduat ſubſtantiā q̄tum ad ea que ſunt ſecūdario de rōne indiuidui.

¶ Dico tertio ꝙ q̄ātitas manēs cum re facta ſupponit ſubiectum ſubſiſtens ſʒ nō diſtinctū ſenſibile: demōſtrabile determinatū ad hic ⁊ nunc: ⁊ ideo quo ad primum nō indiuiduat: ſed quo ad ſcd̄m. Plura enim ſunt de rōne indiuidui q̄ ſubſiſtere.

¶ Contra eandē inq̄ſtū ponit materiā eſſe principiū indiuiduationis arguit Scot⁹ p̄°. Qd̄ eſt in ſe indiſtinctū vel indiuiſuʒ vel diuerſum: nō p̄ōt eſſe principiū indiſtinctionis alterius: ſʒ mā eſt huius: vt dicitur p̄° meta. ꝺm antiquam tranſlationem. ergo.

Scot⁹ vbi. ſ.

tex. 17.

¶ Rn̄deo. argumētuʒ cōcludit ꝙ mā non eſt principiū idiuiduationis quo ad diſtinctioneʒ ab alijs einſdē ſpeciei: qd̄ cōcedit̄. Eſt autem principiū indiuiduatōis quo ad eius incommunicabilitatem.

¶ Scd̄o. phs. 7. meta. ⁊. 12. eiuſdē cap. 4. ꝯcedit diſtinctionē forme ſicut mãe in particulari ⁊ ita vnitatem mãe in cōi ſicut et forme. Ideo opʒ q̄rere q̄uo mā fiat vna. tex. 39.

¶ Rn̄deo. materia ꝺm ſe conſiderata preſcindēs ab omni forma ⁊ habitudine ⁊ analogia ad formā ⁊ vt eſt primū ſb̄tum: nullo modo p̄ōt cōcipi vt vniuerſalis ⁊ ſic indiuiduat. Cōſiderata vero cū eis cōcipit̄ vt cōis ⁊ nō indiuiduat.

¶ Tertio. cōpoſitū nō eſt d̄ ſe hoc: ergo nec mā que eſt pars eius.

¶ Rn̄deo. cōpoſitū vt eſt in acceptione intellectus eſt cōe: ⁊ vt eſt nō niſi forte ī potētia. Idē de mā dicit̄ a. s. D. ſup Boetio de tri.

¶ Quarto. Mā eſt eiuſdē rōnis in genito ⁊ corrupto: igitur habet eandem ſingularitatem.

¶ Rn̄deo. mā in genito ⁊ corrupto eſt eadē ꝺm eſſentiā: nō tn̄ eſt eiuſdē rōnis: q: cum eiſdē dimenſionibus terminatis.



¶ Contra. ponat̄ ꝙ in eadem mā ſub eiſdē dimēſionibus ſuccedāt ſibi p̄mo. forma aque. ſcd̄o forma aeris. tertio forma aque. Conſtat aūt ꝙ prima ⁊ ſcd̄a aqua differūt numero: ⁊ tamen ſunt cum eadeʒ materia et quantitate.

¶ Rn̄deo p̄°. caſus ē impoſſīs. quo admiſſo dicit̄ primo ꝙ ad vnitatē indiuidui tria requirunt̄. primo vnitas ſpecifica. ſcd̄o vnitas mãe ⁊ q̄ātitatis. tertio ſimultas exiſtentie. in caſu nō cōcurrit tertiū.

¶ Dico ſcd̄o ꝙ nō eſt poſſe ꝙ idem accn̄s quo ad eſſe ⁊ eēntiaʒ ſit ſit̄ ⁊ ſucceſſiue in diuerſis ſubiectis.

Durandus hic q.2.

¶ Arguit̄ ad idem ꝺm Duranduʒ ꝙ forma nō īdiuiduet̄ ex hoc ꝙ recipit̄ in mā. Taľr dicētes fallunt̄ per equiuocationē. Nam eſſe ī aliquo dr̄ dupľr aut per inherentiā aut per identitatē ⁊ eſſentialē predicationeʒ. Primo modo videtur ꝓcedere hec opinio. Hec vero inherētia nihil facit ad cōſtituēdū vľe vel particulare. Scd̄o autem mō eſt de rōne vľis eſſe ī plurib⁹ ⁊ indiuidui in vno ſolo: ⁊ iſto mō mā p̄ōt eſſe ī plurib⁹ ſicut ⁊ forā.

¶ Rn̄deo. s. Tho. nō fallit̄ ꝑ equiuocationeʒ in hac mā. Scim⁹. n. ꝙ aliud eſt eē aliq̄d in alio ꝑ inherentiā: aliud eſſe ꝑ eſſentialē predicationē. Uerūtamen dicim⁹ ꝙ in rebus mālibus compoſitis iſti duo modi ſe inſeꝑabiľr cōcomitātur. Nam hō eſt in ſocrate. q: forma humana a qua principaľr ſumit̄ nā ſpecifica vľis eſt in mā ſocratis per iformationē. Nulla. n. natura mālis ſubſiſtit: ſʒ quelibʒ eſt in alio nō ſolū ꝑ eēntialē idētitatē: imo eſt in aliquo a ſe realiter diſtincto: q: humanitas nec eſt anima nec mā: nec vtrūqꝫ. ſed eſt quid reſultans ex illis. s. D. in. 4. diſt. 20. q. prima. arti. p̄°.

¶ Cum autem arguens dicit ꝙ eē in aliq̄ per realem identitatem ſicut vľe in particulari nō plus cōuenit aut repugnat mãe q̄ forme Dicit̄ ꝙ mā in ſe conſiderata ⁊ vt eſt primū ſb̄m nullo mō hʒ rōnem vniuerſalis cum ſit primū ſubiectū in nullo receptibile nec vt forma in materia: nec vt totū in partibus. vide do. Albertū in Cōmē. ſuper Porphy. ca. 7.

¶ Cōtra hoc nomē materia ē cōe plurib⁹ materijs: ergo videt̄ eſſe vľe: ſicut dicim⁹ de hoc noīe hō.

¶ Rn̄deo. Cōitas noīs hincinde eq̄lis eſt: ſed res noīs diſpar ⁊ diſſimilis ē. q: materia nō ē apta nata eē in multis ſicut natura cōis. Noīam⁹ aūt materiā noīb⁹ ꝯcretorū: q: non intelligim⁹ eā niſi ad modum concretorum.

Aureolus.

¶ Contra eandē concluſionē arguit Aureol⁹ ꝓbādo ꝙ natura ſpecifica nō ꝯhat̄ ad idiuiduū ꝑ aliquod poſitiuū additū ad naturaʒ p̄°. Illud additū non ꝑtinet ad rōnē ſpeciei ꝑ accidēs. Oē. n. indiuiduū ſb̄e eſt prius indiuiduo accn̄tis ꝑ Phm ⁊ Cōmen. 7. met. neqꝫ per ſe q: eſſet aliq̄d cōe: ⁊ ſic q̄rit̄ ꝑ quod eſt indiuiduum. ergo. tex. 11.

¶ Rn̄deo. illud additū ꝑ accn̄s ſe hʒ ad naturā ſpeciei: ꝑ ſe vero eſt de rōne idiuidui vt indiuiduum eſt. Ad iprobationē dicit̄ ꝙ īdiuiduū accn̄tis p̄ſupponit indiuiduationē ſubſtātie q̄ ad ea q̄ ſunt p̄mo et per ſe de rōne indiuidui: non aūt ea q̄ ſunt ſecūdario: immo quantitas ea cauſat.

¶ Dico ſcd̄o ꝙ primo indiuiduās ſb̄aʒ nō ē aliqd̄ cōe: ſʒ materia prima vt eſt primū ſubiectum.

¶ Dico tertio ꝙ indiuiduās ſcd̄ario ſb̄am hʒ aliq̄d in ſe cōe: vt aliquid ex ſe indiuiduū: vt eſt quantitas: ex ſe em̄ ſola hʒ partes tertio mō ꝑſeitatis ⁊ formā totius.

¶ Scd̄o. Illud additū eſt q̄d cōe. ſtat em̄ cū cōitate actus ſpecifici: ergo non indiuiduat.

¶ Rn̄deo. negat̄ an̄s. Addit̄ enim illud indiuiduo qd̄ eſt extra itellectum. Cōitas vero actualis eſt in ſolo intellectu.

¶ Tertio. Illud additū nō eſt eſſe

exiſtẽtie:q2 eſt qꝺdã cõe p̄dicatuꝫ
de me ⁊ de te:neqꝫ eſt appropria-
tio materie cũ forma :q2 aut acci-
pis materiã i ſpecie aut i] indiui-
duo. Neutrũ dici pt.forma em̃ in
ſpẽ appropriat ſibi mãm i ſpẽ. In
indiuiduo vero querẽdũ ſupereſt
ꝑ q̃d illa materia ſit idiuidua: ⁊ ſi
ꝑ aliã materiã:erit ꝓceſſus i ifini
tũ:neqꝫ illud additũ erit quanti-
tas.Illud.n.non eſt formal'r quo
fit idiuiduũ :quo addito cõceptui
ſpecifico:nõ habet eo ipſuꝫ idiui-
duũ:ſed ſic eſt quantitas : intelli-
gimus em̃ hoiem organizatum :
neqꝫ illud additum põt eſſe ſitus.
Tũ q2 manet ſitus variato idiui-
duo.Tuꝫ q2 diuia virtute duo in
diuidua pñt eſſe in eodẽ ſitu. g̊.

¶ Rñdeo p̄° ꝙ ad idiuiduationeꝫ
cõfert eſſe:q2 de rõne idiuidui eſt
hr̃e in ſe idiuiſuꝫ.Ad iprobationẽ
dr̃ ꝙ q̃d cõe põt ꝯferre ad indiui-
duationẽ nõ ad diſtinctiõeꝫ vel ſi
gnationẽ.Unitas.n.q̃ eſt de rõne
indiuidui eſt eſſe indiuiſum.

¶ Dicit ſcꝺo ꝙ materia p̄ma vt eſt
p̄mũ ſꝫ appropriat idiuiduo ſꝫe
q̃tũ ad p̄mã radicẽ idiuiduatõis:
nõ aũt vt ꝯcipit cõis ꝑ intellectũ.
Eſt q̃qꝫ materia ſeip̄a indiuidua:
non tñ vltimate puta q̃tum ad ſi
gnationem.

¶ Dicit tertio ꝙ quãtitas ẽ p̄nci-
piũ idiuiduatiõis ſcꝺario. Ad im
probationẽ dicit ꝙ quãtitas in ſe
hꝫ vñ ꝯcipiat vl'r ⁊ vñ idiuiduet.
Qꝺ vero eſt in ea vl'itatis eſt tm̃
de ratione cõceptus ſpecifici.

¶ Dicit q̃rto ꝙ ſit⁹ q̃ ẽ quãtitatis
eſt prima radix indiuiduatiõis q̃
ad ſignationẽ ⁊ diſtictionẽ q̃ ſcꝺa
rio cõpetũt indiuiduo.Ad iprobã
tionẽ dr̃ ꝙ laborat i eq̃uoco. Pro-
cedũt em̃ illa media de ſitu q̃ ẽ or-
do partium in toto.

Durandus hic q.2. ¶ Ad idẽ arguit Durandus. Ul'e
⁊ ſingulare ſunt real'r idem:g̊ ha-
bent real'r eadẽ principia:ſola ra-
tione diſtincta.añs probat.Idem
enim qꝺ dicit ſpecies indetermi-
nate dicit idiuiduũ determinate,

¶ Rñdeo.negat añs.Eſt em̃ ꝯtra
mentẽ phi.7.meta.tex.39.Natu-
ra em̃ indiuidui vt ſic addit aliq̃d
ſupra naturaꝫ ſpẽi i reb⁹ mãlib⁹.

¶ Sciẽdũ ꝙ cũ natura vl'is ꝓut p̄
ſcindit ab idiuiduãtib⁹ ẽ ens rea-
le actu vl' potẽtia:tñ vt ſic nõ ẽ in
diuidua.vide do . Albertũ vbi.ſ.
cap.3.licꝫ aũt hic videat dicere ꝙ
vniuerſalia ſint veriſſime:tñ in cõ
mento p̄dicamentoꝝ tractatu de
predicamento ſubſtantie capi.4.
ꝙ eſſe perfectuꝫ vltima ꝑfectione
non habent niſi indiuidua.Itẽ di
cit ꝙ eſſe ſingulariũ eſt eẽ ſimpli-
citer:et omne aliud eſſe eſt eſſe ſꝫ
quid. Neqꝫ eſt hic contradictio q2
eſſe vniuerſaliũ eſt eẽ veriſſimũ.i.
puriſſimũ:quia nulli extraneo ꝑ-
mixtuꝫ.Eſt autẽ imperfectũ quia
ſm quid et in potentia.

¶ Ex dictis patet ꝙ nõ eſt vanuꝫ
querere principiũ idiuiduationis
aliud a principio nature ſpecifice.
vñ ꝓbat Scotus.q.4.ſup.7. me-
ta.nouẽ rõnibus: ꝙ natura lapi-
dis de ſe:nõ eſt hec.

## Cõclo.iij.

Indiuiduatio al'r conuenit angelo q̃ꝫ hoi. Hanc ponit. s.
Do.2.ſen.di.3.q.1.arti.2.itẽ p̄ma
parte.q.13.ar.9.Hui⁹ rõ eſt: natu
ra cui cõpetit incõicabilitas per
ſeipſaꝫ:nõ idiget idiuiduatiuo ex
trinſeco:ſed quelibet natura an-
gelica eſt hmõi.ergo.

## Cõclo.iiij.

Angel⁹ non ſolũ ẽ ſic im
materialis:ꝙ nõ eſt ex materia et
forã cõpoſit⁹:verũ etiã:q2 ñ ẽ ifor-
matiu⁹ materie:nec põt vniri ma
terie ſicut forma . Hanc ponit.s.
Doc.2.ſen.diſt.3.q.1.ar.6.itẽ p̄ma
par.q.51.itẽ ꝯ gen.3.ca.89.iteꝫ de
ſpiri.cre.q.2.Huius rõ eſt. Nulla
ſꝫa habẽs i ſe itegrã materiã ſue
ſpẽi:põt eẽ naturaliter iformati-
na materie.ſed q̃libet angelus eſt
hmõi.ergo.Itẽ remota cã remo-
uet effectus:ſꝫ in angelis nõ ẽ re-
peribilis cã vnibilitatis ad mate
riã ⁊ ad corp⁹.ſ.iꝑfectio ⁊ idigẽtia



acq̃rẽdi ſciam ꝑ organa mãlia.g̊.

Ab Aureolo. ¶ Cõtra p̄dicta arguit:ꝓbãdo ꝙ
angel⁹ poſſit vniri mãe vt forma.
Si em̃ hoc implicaret ꝯtradictio-
nẽ:hoc ideo eſſet : q2 ſubſiſtẽs fie-
ret inherens:quod nõ magis im-
plicat:q̃ꝫ ꝙ inherẽs fiat ſubſiſtẽs:
hoc aũt non implicat: vt patet in
accidentibus euchariſtie.ergo.

¶ Rñdeo.Cõſurgit quoqꝫ cõtra-
dictio:q2 nl'la natura ſpecifica cõ
pleta põt formaliter alteri vniri
ad cõſtituendũ aliam ſpeciem.

¶ Secũdo.Nõ magis forma dat
eſſe mãe q̃ꝫ q̃ditas ſiue nã ſuppo-
ſito:ſed virtute dei:q̃ditas diuina
quidificat ſuppoſitũ xp̄i hominis
⁊ ꝯcurrit cũ illo ad eſſe q̃d. Igitur
⁊ angel⁹ põt dare eſſe corpori.ma
ior ptꝫ:q2 qꝺ q̃d eſt ⁊ id cuius eſt:
text. cõ. 11. idẽ ſunt.7.meta.non ſic aũt mã ⁊
forma.minor quoqꝫ patet dicente
Alexãdro papa i decretali ꝙ xp̄s
eſt quiditatiue duo.ſ.homo ⁊ de⁹.

¶ Rñdeo.Multe ibi ſunt diſſimi-
litudines:nã in xp̄o natura ⁊ ſup
poſitũ nõ ꝯcurrũt ad cõſtitutionẽ
vnius noue nature:ſicut forma ⁊
materia.Itẽ neutrũ iformat alte-
rũ:ſicut forma mãꝫ:ſꝫ ſolũ trahit
humana nã ad diuinũ ſuppoſitũ.
Iteꝫ angeli eſſe finitũ eſt: nec põt
actuare ſil' duas nãs ſpecificas.

¶ Tertio.Phs ⁊ Cõmẽtator po-
ſuerunt intelligẽtias eſſe formas
corporũ celeſtiũ que mouent:⁊ tñ
poſuerũt eas eſſe ſubſiſtentes.g̊.

¶ Reſpõdeo. negat antecedens.
loquẽdo ꝓprie de forma cuiuſcũ-
tex.79. qꝫ materie.vnde phs.8.phy. pro-
bare conatur. ꝙ prim⁹ motor nõ
ſit virtus in corpore. Si qui vero
poſuerũt celos eſſe animatos eq̃-
uoce loquuti ſunt.

¶ Sciẽdum implicare contradi-
ctionem formã ſubſtantialẽ infor
mare materiã:quin cõſurgat no-
ua ſpecies loquẽdo ꝓprie de infor
matione:ſi aũt equiuoces nõ cõ-
tendo tecum:q2 ſic poſſet dici : ꝙ
pes eſt forma ſotularis.

¶ Arguit quoqꝫ Scotus cõtra di
ctum in tertia cõcluſione.ſ. ꝙ di-
ſtinctio ſpecifica anime rõnalis ⁊ Scot⁹ i 2.diſt.1. q.6.
angeli:nõ ſumat penes intellige
re cũ diſcurſu ⁊ ſine diſcurſu. pri-
mo ſequeretur ꝙ in anima eſſent
due intellectualitates diuerſe ſpe
ciei:nã non diſcurrit circa princi-
pia:diſcurrit aũt circa ꝯcluſiões.

¶ Rñdeo primo. Nõ eſt mens.s.
Tho.in duob⁹ dictis ꝙ ſit eſſen-
tialis ⁊ ſpecifica dr̃ia angeli ⁊ aie:
ſed ꝙ ſunt ſigna vel effectus ex ea
ꝓcedẽtes ⁊ vnũ angelo aliud vero
aie eſt cõnal'e.2.ſen.di.3.q.1.ar.6.
⁊.1.parte.q.58.ar.2.Ad argumẽ-
tũ negat ſeq̃la : q2 vtraqꝫ oꝑatio
ex equo nõ cõuenit. Nã vna cõue
nit imꝑfecte ⁊ participatiue:neqꝫ
ex hoc ꝙ hꝫ duos act⁹ ſpecie diffe
rẽtes:ſequit ꝙ habeat duas intel
lectualitates ſpecie differẽtes: q2
vna ꝑfecte ⁊ plene ſibi conuenit.

¶ Dico ſcꝺo.s.Tho.in.q. de ani-
ma.q.7.ad primũ. dicere ꝙ quia
aĩa ꝯcluſiones ⁊ principia intelli
git per ſpecies a phãtaſmatibus
abſtractas:⁊ ideo nõ eſt diuerſuꝫ
intelligere ſm ſpeciẽ.Hoc aũt eſt
intelligẽdũ de tali dr̃ia ſpecifica
quã oporteat reduci in differẽtiã
ſpecificã potentiarũ naturalium.

¶ Secũdo.ſequit ꝙ anima beata
habeat duas operationes ſpecie
diſtinctas.Nã in obiecto beatifi
co nõ diſcurrit:diſcurrit aũt circa
obiectũ natural'r cognitũ:ergo.

¶ Rñdeo.s.Tho.vbi ſupra rñdet
ꝙ ſm operationẽ rei naturalẽ tm̃
indicatur de ſpecie: videre aũt in
verbo eſt operatio ſupra naturã
angeli ⁊ anime.Utriqꝫ cõueniens
ſm participationẽ ſuperioris na
ture: ideo illa duplex cognitio in
anima nõ arguit duplicẽ potẽtiã
naturalẽ intellectiuam in ea.

¶ Tertio.ſi intellectualitas ange
li ⁊ aie differũt ſpecie.oĩa que de-
pẽdent eſſential'r ab hac ⁊ illa ſpẽ
differũt.Qꝺ pꝫ eſſe falſuꝫ i viſiõe
beata:q̃ eẽtial'r et ſi nõ total'r ab
vtraqꝫ depẽdet ⁊ tñ ſpecie nõ diſti
guit in angelo ⁊ aĩa:alioq̃n oẽ in

diuiduū vni⁹ ꝑfectioꝛis ſpēi ꝑfe-
cti⁹ eſſet i q̄libet idiuiduo alteri⁹.
¶ Rn̄deo. ſequella nō eſt vera niſi
in ꝓprie ꝛ imediate depēdētib⁹.
Uiſionis vero beate ꝓrimū prin-
cipiū eſt lumē gloꝛie ſe habēs per
modum potētie ꝛ diuina eſſentia
dei foꝛmans intellectū per modū
ſpeciei intelligibilis. Unde viſio
beata in angelo et in anima ſunt
eiuſdem rationis: qꝛ pꝛedicta in
vtroqꝫ ſunt eiuſdē rationis.
¶ Quarto. Si angelus nō diſcur
rit aut ideo eſt: qꝛ cognitis pꝛinci
pijs nō habet potētiā cognoſcēdi
cōcluſiones ſi ei eſſent incognite:
aut qꝛ a pꝛincipio ſunt ei actualr̄
cognite omnes concluſiones: aut
habitualr̄. Nō pꝛimū: qꝛ talis diſ
curſus dicit perfectionē. Nō ſecū
dū vt patet. Non tertiū: qꝛ nō po-
nit eſſentialē differētiā inter ani-
mā ꝛ angelū. Neqꝫ eñ anima diſ
curreret: ſi ei notitiā ꝯclōnū īfun
deret de⁹ cū notitia ꝑncipioꝝ. ꝙ.
¶ Rn̄deo p̄°. Ideo angel⁹ nō diſ-
currit: qꝛ i eo eſt ꝑfectio luminis
intellectualis ꝛ potētie intellecti
ue: qua cognito pꝛincipio mox co
gnoſcit quicq̄d ſequit̄ naturalr̄.
¶ Dico ſcd̄o ꝙ angel⁹ neqꝫ oēs cō
cluſiōes neqꝫ oīa actu cognoſcit:
tñ cognito actu aliquo pꝛincipio:
oēs cōclōnes ex illo ſequētes cōſi
derat. Qd̄ aūt ſubdit de infuſione
notitie facte aīe noſtre nihil valet
qꝛ hoc anima nō haberet ex ꝓpꝛie
tate ſue nāe ſicut angel⁹. Et hoc
dato adhuc anima nō eſſet tanti
vigoꝛis luminis ꝙ in pꝛincipio vi
deret omnes concluſiones.
¶ Ex dictis patet reſponſio ad id
quod quinto loco obijcitur.

**Cōclō. v. eſt.** Nlla ſpe
cies āge
lica eſt de ſe multiplicabilis i plu
ra indiuidua. Hāc ponit. s. Tho.
de ſpū cre. q. 8. Itē p̄ma ꝑte. q. 50.
ar. 4. Itē ſcd̄o ſen. diſt. 3. q. pꝛima.
arti. 4. Itē ſecūdo cōtra gen. c. 93.
Ratio eſt oīs natura ſpecifica plu
rificabilis ex ſe per multa indiui
dua eſt māľis ſeu habēs materiā
ex qua vel in qua dimenſionibus
ſubiectā. ſed natura angelica nō
eſt hmōi: ergo et vbicūqꝫ. s. Tho.
loquitur de hac materia fundat
ſe ſuper hoc pꝛincipio.
¶ Contra cōclōnē arguit Sco. 1. Scot⁹ꝫ
Oīs q̄ditas q̄ꝫtū eſt ex ſe eſt cōica q. 7.
bilis: ſꝫ angelica ſpēs eſt q̄ditas:
ergo de ſe cōicabilis. pꝛima ꝓbat̄:
qꝛ ſi q̄ditas oīs nō eſſet cōicabilis
vel cōicabilitas repugnaret ei ra
tione ꝑfectionis quiditatiue aut
imperfectionis. nō ratione perfe-
ctionis: qꝛ cōicabilitas ſm̄ fidē ca
tholicā cōuenit q̄ditati diuine: q̄
ſumme perfecta eſt: nec rōne im-
perfectionis: qꝛ cōicabilitas cōue
nit q̄ditatib⁹ cōpoſitis q̄ ſunt im-
perfecte. reſtat ergo maioꝛ vera.
¶ Rn̄deo p̄°. ꝙ cōicatio eſt triplex Cōica-
per modū vľis q̄uo vľe vel q̄ditas tio tri-
cōicat̄ ſuis indiuiduis per modū plex.
eſſentie cōis pluribus ſuppoſitis
ſola relatione diſtinctis ꝛ per mo
dum aſſumptibilitatis.
¶ Dico ſcd̄o ꝙ ſi maioꝛ accipiatur
pꝛimo modo eſt erroꝛ: qꝛ ꝓbat. s.
Th. p̄°. ſen. di. 19. q. 4. ar. 2. ꝙ i di
uinis nō eſt totū vľe. Silr̄ ſecūdo
modo: qꝛ ſola diuina eſſentia illo
modo eſt cōicabilis. Si autē p̄mo
vel ſecūdo modo petit pꝛincipiū.
¶ Ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ hoc repu-
gnat ſibi rōne perfectionis: qꝛ ex
quo eſt nā imāľis repugnat ſibi
diuiſio i partes ſubiectiuas ſicut
repugnat nāe diuīe habere ꝑtes
ſbiuas ꝛ particularia. p̄° ſen. diſt.
20. q. 4. ar. 2. Itē pꝛima parte. q.
3. ar. 5. itē pꝛimo cōtra gen. ca. 25.
¶ Dico tertio ꝙ ſi arguēs loquat̄
de alia cōicabilitate nō ē ad ꝓpo-
ſitū: qꝛ nō querimus vtrū natura
ſpecifica angeli poſſit eſſe eadem
numero in multis ſuppoſitis. Sꝫ
vtrū natura ſpecifica eadem exi-
ſtens ſm̄ rōnē ꝛ diuerſificata ſm̄
eſſe poſſit eſſe in diuerſis indiui-
duis ſicut vľe in particulari: ideo
argumentū non eſt ad pꝛopoſitū.
¶ Scd̄o. Nulla quiditas de ſe exi



ſtens hec pōt intelligi abſqꝫ con-
tradictione ſub rōne vľis ſꝫ ange
li quiditas intelligit̄ vt vľis: ergo
nō eſt de ſe. hec pꝛima pꝫ: qꝛ ratio
intelligēdi repugnaret ſuo obto.
¶ Rn̄deo. vera eſt maioꝛ: ſi intelli
geretur vt in ſe eſt: ſed qꝛ tales foꝛ
mas nō intelligit human⁹ intelle
ctus niſi per modū ſubſtantiarū
materialiū: ideo itelligit eas ſub
ratione vniuerſalis et particula-
ris abſtracti ꝛ concreti.
¶ Tertio. Omnis quiditas de ſe
hec in ſui ratione includit ſingu-
laritatem ac pꝛincipia ſingularia
ſed nulla creata eſt talis. ergo.
¶ Rn̄deo. maioꝛ eſt vera qñ intel-
ligit̄ vt in ſe eſt vt a deo ꝛ ab ange
lis: nō aūt pꝛout a nobis cōcipit̄.
¶ Quarto. Deus pōt hunc ange-
lū in hac ſpē annihilare: iſto āni-
hilato de⁹ pōt hāc ſpeciē repara-
re in aliquo alio indiuiduo: nō in
eodē ſm̄ iſtā opinionē: qꝛ ſꝫ iſtos
hō nō poſſet reſurgere idē nume-
ro: niſi aīa intellectiua remanēte
eadē numero: ꝙ in eadē ſpē erunt
plura indiuidua ſaltē ſucceſſiue.
¶ Rn̄deo. negat̄ minoꝛ. nam ſm̄
s. Tho. in quoli. 4. ar. 5. deus pōt
annihilare oēꝫ rē permanētē a ſe
creatā ꝛ annihilatā pōt eadē nu-
mero reparare. Ex quo pꝫ ꝙ Sco
tus nō vidit totā theologiā ſꝫ par
tē. potiſſime in. 4. di. 44. q. 1. art.
1. q. 2. vbi videtur dicere oppoſitū
huius quod nunc dictum eſt.
¶ Quinto. Anime intellectiue di
ſtinguuntur numero in eadē ſpe
cie: ꝛ tñ ſunt immateriales: ꝙ ꝛc.
¶ Si dicat̄ vt. s. Tho. de ſpūali-
bus cre. q. 9. ad tertiū. Item in. q.
de anima. q. 3. ad. 15. Item contra
Gen. ſcd̄o cap. 75. et. 81. ꝙ anime
habent inclinationē ad coꝛpoꝛa:
ꝛ ita habent aptitudinē perficiē-
di materiam: ꝛ ideo per diuerſas
aptitudines diſtinguuntur.
¶ Contra. iſta inclinatio non eſt
entitas abſoluta: qꝛ nihil pōt in-
clinari ad ſe. Igit̄ p̄ſupponit enti
tatē abſolutā ꝛ diſtinctā: et ita in
illo pꝛioꝛi ſine hmōi habitudini-
bus diſtiguet̄ hec anima ab illa.
¶ Rn̄deo. iſta inclinatio nō eſt en
titas abſoluta ſed reſpectiua pꝛe
ſupponens diſtinctionē abſolutā
anime diſtinctā ab alijs ſpecifice:
nō aūt ſolo numero ab alijs ani-
malibus: ſed potius facit illā di-
ſtinctionem numeralem.
¶ Cōtra. Illa apertitudo nō pōt
eſſe de foꝛmali ratione anime cū
ſit reſpectus: qꝛ reſpectus non eſt
de foꝛmali ratione abſoluti.
¶ Rn̄deo. negat̄ añs. Ad pꝛoba-
tionē dicitur ꝙ hec anima inq̄ꝫtū
hec aīa nō dicit purū abſolutum
ſꝫ abſolutū cū reſpectu: ſicut ꝛ aīa
inq̄ꝫtū anima ꝛ foꝛma inq̄ꝫtū foꝛ-
ma dicit reſpectū ad ſuū foꝛmale.
¶ Aduertendū cū dico hanc ani-
mā: dico tria. Pꝛimū eſt ſubſtātia
eius. Secūdū eſt vnitas ei⁹ in ſe.
Tertiū eſt diſtinctio eius ab alijs
eiuſdeꝫ ſpeciei. Reſpectus eſt tm̄
pꝛincipiū indiuiduatiōis quo ad
tertiū. Efficitur autē hic reſpect⁹
per ſuū ſubiectū ꝛ per ſuū termi-
nū aliter tñ ꝛ aliter ꝙ enim ſit in-
diuiſus habet ex ſubiecto: ꝙ ſit di
ſtinctus habet ex termino.
¶ Sexto. Aug. in Enchiridiō ca.
9. dicit ꝙ qꝛ tota natura ſeu ſpe-
cies humana ruerat: ideo miſert⁹
de⁹ ad eā ſaluādā venit: non aūt
venit ad ſaluādā naturā angeli-
cā: qꝛ tota nō ruit. Ecce ꝙ Augu.
dicit totā naturā angelicā non la
pſam eſſe per peccatū: quod non
poteſt eſſe verum: ſi tot ſunt ſpe-
cies quot ſunt indiuidua. ſic eniꝫ
multe nature angelice totaliter
lapſe eſſent: humana autē tantū
vna: cum humana nō ſit niſi vna.
¶ Rn̄deo. vt. s. Tho. de ſpi. cre. q.
8. ad pꝛimū. Natura humana et
angelica poſſunt dupľr accipi.
Uno modo ſꝫ eſſe nature: ꝛ ſic na
tura humana eſt vna: angelica ve
ro plures. Alio modo accipiūtur
ſm̄ eſſe vie. ſ. vt viatrices ad bea-
titudinē ſupernaturalē. ꝛ ſic ſicut
natura humana eſt vna tēdēs per

Liberū arbitriū flexibile remedia
biliter. ita omnes angeli econtra
rio ſunt vna natura tēdēs ad pa-
triā. Et ſm hanc cōſiderationem
loquutus eſt beatus Augu.
¶ Scḋo. Si angelus ex ſola carē-
tia materie hꝫ totā perfectionem
ſpeciei: que eſt nata eſſe in infini-
tis habet infinitā perfectionē: er-
go talis ſpecies nō eſt per differē
tiā limitata: quod eſt incōueniēs.
¶ Rn̄deo p̄o. ꝙ angelus nō hꝫ in
ſe ꝑfectionē īfinitoꝝ indiuiduorū
q̄ nō eſt nat⁹ eē i plib⁹ īdiuiduis.
¶ Dico ſcḋo ꝙ nō eſt incōueniens
angelū eſſe infinitū ſꝫ q̇d: lꝫ ſit fi-
nit⁹ ſimpl'r quo ad eſſe: qḋ eſt rece
ptū i aliq̄ natura. 1. ꝑte. q. 7. ar. 2.
¶ Octauo. Si āgeli ſolo numero
nō diſtinguerent̄: hoc ideo eēt q̄
diſtinctio eoꝝ cū ſint forme eſt for
malis ⁊ ꝯ̄ñter ſpecifica. ſꝫ hoc non
valet: q̄ dr̄ia formalis dr̄ dr̄ia for
marū ⁊ in forma vt in rōne diſtin
guēdi. p̄ma nō ē ſpecifica: ſꝫ ſcḋa.
¶ Rn̄deo p̄o. ꝙ in ſubſtātijs ſepa
ratis nō pōt eſſe diſtinctio formal'
niſi ſcḋo mō. ſ. ex rōne forme: vt ꝓ
bat Bernardus de gānaco in īpu
gnatiōib⁹ Hērici quolib. 2. q. 8. q̄
nō hn̄t materiā i q̄ nec ex qua: nec
quātitatē: nec ꝓprietatibus abſo
lutis diſtingui poſſunt: q̄ ſuppo-
nunt ſuuꝫ ſubiectū indiuiduatū.
¶ Dico ſcḋo ꝙ dicere angelos di-
ſtingui ꝑ rōnē ſuppoſiti ⁊ ſubſiſtē
tie quā hn̄t a deo nō a ſe ſicut di-
cit Henricus nihil valet. vt ꝓbat
Bernardus ibidem. Aut enim in
telligit ꝙ ſi ſubſiſtentia ⁊ ſuppoſi
tū ſūt idē: aut nō. ſi idē: ſuppoſitū
nō pōt eſſe rō diſtinctiōis ſuppoſi
torū ſub vna ſpecie: q̄ illud ī quo
ꝯueniūt duo ſuppoſita nō pōt eē
ratio diſtinctionis eorū. Tū quia
opꝫ querere aliud contrahens cū
rō ſuppoſiti ſit cōmunis duobus
ſuppoſitis. Tū q̄ in ſuppoſitis ī-
materialib⁹ ſi eſſent plura in vna
ſpecie nō eſſet oppoſitio: cuius ra
tio exigitur ad diſtinctionē.
¶ Si vero dicatur ꝙ illa duo ſint
aliud ⁊ aliud: ſicut in deo dicim⁹
plura ſuppoſita ⁊ vnū ſubſiſtere:
⁊ vna ſubſiſtētia ſicut ⁊ vnū eē q̄ſi
ſubſiſtētia ſit eſſe ſuppoſiti ⁊ ꝑ il-
lā diſtiguat̄. Cōtra iō eē eſt aliud
in hoc et in illo ſuppoſito: q̄ illa
ſuppoſita ſunt diſtincta: nō ergo
diſtinctionē facit: ſed ſupponit.
¶ Dico tertio per eaſdē rōnes ꝓ-
bari poſſe: ꝙ duo angeli non pn̄t
ſolo numero differre ſub eadē ſpe
cie per ꝓprietates indiuiduales
⁊ hecceitates. Tum q̄ inter illas
nulla eſt oppō: nec ratio incōpoſ-
ſibilitatis. Tū q̄ cōe eſt oīb⁹ ha-
bere hecceitatē. Tū q̄ aut ille ꝓ-
prietates ſunt eiuſdē rationis vel
alteri⁹. Si eiuſdē nō eſt ꝑ ſe quid
diſtinguunt̄ ipſe. Si alteri⁹: ḡ nā
diuiſa poti⁹ hꝫ rōnē ḡnis q̄ ſpēi.
¶ Ad ideꝫ arguit Durandus p̄o. — Durandus hic q. 3.
Omnis natura que producit̄ ab
agente actione iterabili eſt pluri
ficabilis ſm numerū. Sed omnis
natura creata eſt hmōi: ergo. pri-
ma patet: q̄ agēs plurib⁹ actioni
bus plura producit. Et hec eſt cā
quare in diuinis nō poſſit eſſe ni
ſi vnicus filius: q̄ actio qua ꝓdu
cit̄ non pōt iterari. minor proba-
tur: q̄ producitur volūtate dei.
¶ Rn̄deo p̄o. negādo maiorē. vn̄ ſi
de⁹ ānihilaret Gabrielē ⁊ iteꝝ eū
ꝓduceret: eūdē nūero ꝓduceret.
¶ Dico ſcḋo ꝙ non pōt eadē actio
iterari: niſi idem producatur.
¶ Dico tertio argumentum fun-
dari ſuper fundamento inſtabili
quod eſt. Actio diuina eſt iterabi
lis: ita ꝙ ſecunda eſſentialiter ſit
diſtincta a prima. Eſt enim actio
diuina idem ꝙ eſſentia diuina.
¶ Scḋo arguit. negare ꝙ de⁹ nō
poſſet ꝓducere plures angelos in
eadē ſpecie repugnat diuine om-
nipotētie. Ait em̄ b. Augu. tertio
de libero arbitrio. Deus potuit
creare angelos quos in gradib⁹
gratie eoꝝ qui ceciderūt colloca-
ret: ⁊ ꝯſequēter fuiſſent equales i
n̄alib⁹ ſm que dant̄ eis gratuita.
Et ꝓꝑ hoc illa opinio ꝯdēnata eſt



Pariſius in tribus articulis.
¶ Rn̄deo p̄o. negādo ān̄s. Ad au-
ctoritatē. b. Auguſtini dr̄ ꝙ nō eſt
ad propoſitū: q̄ nouiter creati nō
neceſſario eſſent eiuſdē ſpēi: ſicut
nec hoies q̄ nūc aſſumunt̄ ad gra
dus gratie angeloꝝ. Ad ꝓbatōeꝫ
dicit̄: q̄ lꝫ vt nunc angeli ſm gra
dū nature receperint gradū grē:
tn̄ deus aliter facere pōt.
¶ Dico ſcḋo ꝙ articuli pariſien̄. in
quātū tāgūt doctrinā. b. Thome
ſunt reuocati. Poſſent ēt exponi
ſicut exponit̄ quoddā dcm̄. b. Au
gu. Cū. n. dr̄ error ē dicere deū nō
poſſe ꝓducere duos angelos eiuſ
dē ſpēi. i. ſi hoc intelligat̄ ex impo
tentia dei: nō aūt ex impoſſibilitate ſi
cut preteritū nō fuiſſe.
¶ Dico tertio ꝙ cū dicit. s. Th. du
os āgelos eē eiuſdē ſpēi eſt total'r — Attēde quō angeli ſint ꝯplificabiles.
īpoſſe nec a deo factibile intelligit
ſꝫ ordinē vniuerſi nūc nobis co-
gnitū: lꝫ poſſet dare aliū ordinem
rebus ⁊ ſꝫ illū poſſet facere duos
angelos eiuſdē ſpeciei. videat̄. s.
Tho. in tracta. de vnitate intell's.
¶ Ad idē arguit Hēricus. Oē qḋ — Hēric⁹ i 2. q̄lib. q. 8.
ex nā ſua nō hꝫ eē in aliq̄ determi
nato: ſꝫ ꝙ ſit i hoc hꝫ ab agēte in-
dr̄nter ſe hꝫ ad eē in vno vel i mul
tis. Sꝫ oīs eēntia creata eſt hmōi
ergo minor ꝓbat̄. Oīs. n. eſſentia
creata eſt de ſe abſtracta ⁊ cōſiſtit
in intellectu nec hꝫ rōnem ſuppo
ſiti ⁊ ꝓducit̄ ab agente.
¶ Rn̄deo. relicta rn̄ſione Bernar
di de gānaco negātis minorē hu
ius argumēti: diſtiguit̄ maior: nā
eēntiā nō determinare ſibi ſuppo
ſitū certū. pōt intelligi dupl'r. p̄io
q̄ ex ſe nō hꝫ ꝙ actu ſit in aliquo
determiato plus iſto q̄ illo. ſcḋo
q̄ nō eſt plus habilis ad hoc q̄ il
lud: nec pl⁹ ſibi repugnat hoc q̄
illō. i p̄o ſenſu maior ē falſa: mior
v̄o v̄a. i. 2. v̄o ſenſu maiorē v̄a: et
minor falſa. nam nā Gabrielis ex
ſe determinata ē ad illud ſuppoſi
tū ⁊ inhabilis ad oē aliō creatū.
¶ Scḋo arguit. ſicut ſe hꝫ forma
m̄alis ad m̄āꝫ: ſic forma īm̄al' ad
ſuppoſitū. ſed forma m̄ālis ē poſ-
ſibilis ꝙ ſit multa. ergo ⁊ immate
rialis pōt eſſe i m̄l'tis ſuppoſitis.
¶ Rn̄deo. p̄o negat̄ ſimilitudo. nā
forma immaterialis eſt tota eſſen
tia ſuppoſiti: forma aūt materia-
lis diſtinguit̄ eſſentialiter a m̄ā.
¶ Dico ſcḋo ꝙ admiſſa ſimilitudi
ne: negat̄ ꝯn̄a. nā lꝫ eſſentia im̄ā-
lis diuiduet̄ ꝑ ſuppoſitū: ſicut for
ma m̄'alis ꝑ m̄ām: tn̄ nō ita multi
plicat̄: q̄ m̄ā eſt multiplicabilis:
nō aūt ſuppoſitū immateriale.
¶ Tertio. deus pōt facere tot ani
mas extra corpus: quot facit i cor
pore. ergo pariter ſubſtantias ſe-
paratas ſolo numero diſtinctas.
ꝯn̄a pꝫ: q̄ ambe ſunt forme imma
teriales. ān̄s probat̄: q̄ ex corpo-
re cauſalitas dei non dependet.
¶ Rn̄deo. negat̄ ꝯn̄a. ad probōnē
dr̄ ꝙ lꝫ ābe ſint forme immateria
les: tn̄ aīa dicit habitudinē ad cor
pus ſine qua ſi crearet̄ nō eēt eiuſ
dē ſpeciei: hāc vero habitudinem
nō habēt ſubſtantie īmateriales.
¶ Quarto. Hoc pertinet ad ma-
gnā dei ſimplicitatē ꝙ eius eſſen
tia ſit quedā ſingularitas nō mul
tiplicabilis. ergo multiplicari ſꝫ
numerū cōueniet ſeparatis.
¶ Rn̄deo. Bernard⁹ negat ꝯn̄am
⁊ bene: q̄ lꝫ eſſentia diuina diſtet
in infinitū ab eſſentia creata: tn̄ i
hoc ⁊ in multis alijs conuenit.
¶ Quinto. Celū ⁊ intelligētie ꝓ- — tex. 44.
portionant̄. 12. meta. Sed de⁹ pōt
creare duos orbes eiuſdē ſpēi. ḡ ⁊
duas intelligētias. Aut dicendū
vt Ari. eſſe quoſdā deos: qḋ opti-
me improbat Auicē. 8. meta.
¶ Rn̄deo. primo iuxta Bernardū
hoc argu. eſt contextū ex lana ⁊ li
no. maior eniꝫ eſt philoſophi: ſed
minorem non concederet.
¶ Dico ſcḋo nō oportere ſm veri-
tatē: ꝙ motor orbis ita proportio
net̄ mobili ꝙ oīno equet̄ ei in vir
tute. Hoc. n. phs iō poſuit: q̄ opi-
nat⁹ eſt: ꝙ angeli mouēt orbes ex
quadā n̄ali neceſſitate. Nos aūt
ꝑ liberū arbitriū: q̄ ꝑ intellectū.

vñ arguere ex idētitate mobiliū i ſpē: idētitatē mouentiū in ſpē eſt ponere talē ꝓportionē īter orbes ⁊ intelligētias qualē poſuit Ari. quā nullꝰ recte ſentiēs pt ponere.

¶ Dico tertio. nos nō ponimꝰ p̄dicta: qm̄ Ariſt. vocet ſbas immateriales diuinas: ſed ex natura diſtinctiōis īdiuiduoꝝ ſub vna ſpē: phs de pͦ phyſi. oēm formā vocat quid diuinū: quare ⁊ ſubſtantias immateriales dixit diuinas.

¶ Ultimo arguit. Mā ⁊ quātitas nō ſunt p̄ciſa rō indiuiduationis niſi in rebꝰ mālibꝰ. ergo qr ſeparata nō hn̄t ea: nō iō multiplicant numero. añs ꝓbat. pͦ aucte Damaſceni li. pͦ de duplici nā ⁊ vna hypoſtaſi xpi. Hypoſtaſes inq̄t diuidūtur caracheriſticis ꝓprietatibꝰ. Itē Auicē. 1. ⁊ 3. meta. dicit ꝙ equinitas accipit cū ꝓprietatibꝰ ⁊ accidentibꝰ ſignatis eſt ſingularis. accñs aūt dr̄ triplr̄. Primo mō ꝓ omni eo qđ eſt extra eſſentiā rei: ⁊ hoc modo ratio ſuppoſiti vel exiſtētie in cōparatione ad eſſentiā dicit accidēs. Scđo mō qñ vnū ſe hȝ ex additione ad alterū: vt materia indiuiduat formā. Tertio mō quo ſubtracto nō ſubtrahit eē rei ⁊ tn̄ accipit hoc eſſe ſignatū ab illo: ſicut corpora humana quibus indiuiduātur anime rationales.

¶ Rñdeo. Damaſcenꝰ ⁊ Auicēna per ꝓprietates ītelligit principia indiuiduātia: q̄ ita ſunt ꝓpria vni quod nō alteri. cū vero diſtinguit de triplici accidēte: ⁊ ꝙ rō ſuppoſiti ſit cauſa indiuiduatiōis eo admiſſo: non tn̄ eſt cauſa multitudinis indiuiduorū ſub vna ſpecie. ⁊ hec tm̄ de hac queſtione.

## Queſtio. ij.

ff Iſidorus Wleſ.

QUeritur ſecūdo. Utrum intelligere angeli: ſit eiꝰ ſubſtantia?

Pro hac queſtione ſit prima cōcluſio. Intelligere angeli nō eſt ſua ſubſtātia. Hāc probat. s. Tho. 1. pte. q. 54. ar. 1.

¶ Huius rō eſt. intelligere angeli non eſt ſubſiſtens: ſed ſua ſba ē ſubſiſtens. ergo intelligere non eſt eius ſba.

¶ Cōtra. arguūt q̄dam volentes ꝓbare ꝙ ītelligere nō dicat aliq̄d abſolutū diſtinctū a potētia intellectiua: ſȝ ſolū reſpectū potētie ad obiectū. pͦ ſic. que ex oppoſito diſtinguunt: nō pn̄t eſſe vnū ⁊ ideȝ: ſed actus p̄mus ⁊ ſcđs ſunt hmōi ſcđo de aīa. actꝰ aūt primꝰ eſt forma abſoluta. igit opatio erit forma reſpectiua. (A Gregorio recitati. 2. d. 7. q. 7.) (Text. 2.)

¶ Rñdeo. Iuxta Gregoriū argumentū ꝯcludit ꝓpoſitū. ſ. ꝙ intellectus ⁊ intellectio diſtinguunt. Neq; vlteriꝰ ſeq̄tur ꝙ ſit forma reſpectiua. alias ſequeret: ſi albedo eſt qualitas: nigredo nō ſit qualitas: cū ex oppoſito diſtinguant.

¶ Scđo. Omnis forma abſoluta habet operationē. ergo ēt ītelligere eēt intelligere: ⁊ ſic in infinituȝ eſſet proceſſus.

¶ Rñdeo pͦ. negat añs: qr iuxta Cōmē. 4. phyſi. cō. 84. quantitas nō eſt actiua. Non. n. vllo mō neceſſariū ꝙ oīs forma hēat ꝓpriaȝ opationē niſi ſint forme de prima ſcđa vel tertia ſpē qualitatis habentes quoq; eſſe reale: q̄etum et nō intentionale fluens.

¶ Dico ſcđo ꝙ itētio hȝ realē effectum. ſ. verbū. de potētia. q. 8. ar. pͦ. item p̄ma p. q. 27. ar. p̄mo.

¶ Tertio. Sicut ſe hȝ lucere ad lucens: ita intelligere ad intelligēs ſed lucere nō eſt aliqđ abſolutum additū luci. ergo nec intelligere. probatur ſimilitudo: qr vtrūq; eſt actus immanens.

¶ Rñdeo. negat ſimplr̄ ſimilitudo: lucere nāq; non ſe hȝ ad lucēs vt actꝰ ſcđs: ſȝ ē actꝰ p̄mꝰ: lucere nāq; ē ipm̄ eē lucis: qđ dat ſuo ſbo: ⁊ ita dico de albere: calere: cādere.

¶ Quarto. Oē abſolutū pōt deus ſeparare a ſuo ſbo: ſed intelligere nō pōt ſeparari ab intellectu. ergo. (Intellectio eſt ſepabilis.)

¶ Rñdeo. negat minor. Et talis intellectio ſeparata adhuc eſſet



intellectio: qr lȝ nullus per eā intelligeret actu: apta tn̄ nata dare intelligere: ſi inhereret ītellectui.

¶ Quinto. Uidere non eſt forma abſoluta: qr in eo adunant cōtraria. ergo multominus intelligere.

¶ Rñdeo. Argumētū deficit p̄mo qr ī vno abſoluto nō plus adunari pn̄t duo ꝯtraria q̄ȝ in vno reſpectiuo. ſcđo ſubſumptū virtualr̄. ſ. in actu intellectꝰ adunari pn̄t ꝯtraria: nō eſt verū p̄ma pte. q. 85. ar. 4. ad tertium et quartum.

¶ Sexto. Cōmē. 3. de aīa. cō. 14. dicit ꝙ paſſio intellectꝰ eſt paſſio tm̄ ſine tranſlatione: hoc autē eſt pati obiectiue: nō ſubiectiue.

¶ Rñdeo. Illa auctoritas eſt itelligēda de trāſmutatiōe ꝓpe ſumpta: que eſt a cōtrario: ſed non de trāſmutatiōe q̄ eſt exitꝰ de potentia in actū vt habet. 2. de aīa tex. ⁊ cō. 57. ⁊ 58. item dr̄ ꝙ illa verba dicunt p̄cipue ad ſaluādū ꝙ itellectus eſt immālis: nō obſtāte ꝙ intelligere ſit paſſio.

¶ Septimo. Per exēplū phi de pictura ⁊ tabula habet ꝙ ſicut n̄ recipit ſubiectiue color in tabula: ſic nec intellectio in intellectu.

¶ Rñdeo. Illud exēplum ſm̄ Cōmenta. nō eſt verū: ſed eſt via ad intelligēduȝ: eſt aūt ſm̄ Cōmē. ſic ad ꝓpoſitū. qm̄ queadmodū tabula nullā picturam hȝ in actu neq; potentia ꝓpinqua actui. ita ī itellectu/ nō eſt aliqua formaꝝ intellectarum quas recipit.

¶ Octauo. Scđȝ phm̄ vna intelligentia intelligit aliā ꝑ eſſentiā ⁊ nō per ſpēm inherentē. ergo itelligere nō eſt actio elicita neq; ab itellectu angelico neq; humano.

¶ Rñdeo. pͦ. dicit Gregoriꝰ nō eſt intētio phi ꝙ vna intelligētia per eſſentiā ꝓpriā tanq̄ȝ ꝑ ītellectiōeȝ itelligat aliā ſȝ ꝑ eēntiā itellectā.

¶ Dico ſcđo ꝙ. s. Tho. de veri. q. 8. ar. 7. ꝓbat intētionē phi eſſe ac Cōmē. ꝙ intelligētia intelligens ſeipſaȝ intelligit ꝑ eſſentiā ſuā: nō aūt alias: ad quē ſenſum exponit alia dicta q̄ vident ſonare oppm̄.

¶ Dico tertio. poſſe breuiꝰ dici ꝙ vna intelligētia in mēte alterius ſupplet viceȝ ſpēi ⁊ actꝰ p̄mi: non aūt viceȝ intellectiōis vel actꝰ ſecundi. 4. ſen. diſt. 49. q. 2. ar. 1. et p̄ma p. q. 12. ar. 2. ſȝ qualr̄cūq; itellexerit Cōmē. nō ē multū curādū.

¶ Ultimo arguit ſic. Uiſio beatifica creature eſt itelligere: ⁊ tn̄ nō eſt opatio intellr̄us: ergo. ꝓbat ſcđa ps. Tum qr viſio beatifica eſt infinitoꝝ ⁊ ꝑpetua: opatio vero intellectꝰ neutrū eſt: cū ſit finite perfectionis. Tum qr ſequeret ꝙ ſumē beatꝰ repletꝰ forma diuina: nō tot poſſet cape formas: quot beatꝰ iferior par tn̄ in nālibus: ⁊ ſic nō ita ꝑfectā hr̄e cognitiōeȝ ī gn̄e ꝓpo: qđ eſt incōueniēs. Tum qr vr̄ hec eſſe opīo Auguſt. 8. ſup gen. ad literam dicētis de paruis: ꝙ deꝰ loq̄tur ad intellectuales creaturas illuminādas ꝑ ſuā ſbaȝ cū iam pn̄t capere loqutionē eiꝰ qualis eſt in verbo eiꝰ. Iteȝ ex intētiōe phi eſt ⁊ Cōmē. qui dicūt ꝙ deus ipſe intelligit per ſeipſum abſq; itellectione media ab alijs itelligētijs abſtracta. ergo.

¶ Rñdeo. ꝙ viſio beatifica ē actꝰ ab itellectu creato elicitꝰ: vt probat. s. Tho. 4. diſt. 49. q. 1. ar. 2. q̄ſtiū. 2. ⁊ in p̄ma ſcđe. q. 3. ar. 2. itē p̄ma p. q. 12. ar. 5. iteȝ. q. 62. ar. 9.

¶ Ad primā ꝓbationeȝ dr̄ ꝙ Gregoriꝰ refert tres modos cognoſcēdi plura in verbo: ꝙ nūc aliq̄s beatus videat. duo aūt p̄mi ſunt phātaſtici ⁊ falſi: ⁊ nullo mō ad mētē b. Tho. tertius aūt modus ꝓ nūc acceptat qui eſt: ꝙ q̄libet beatꝰ a p̄ncipio ſue beatitudinis hȝ viſioneȝ dei ⁊ oīuȝ alioꝝ in verbo: quā deo placet illi oñdere. nec poſtea noua fit ei reuelatio: ſȝ ſemꝑ ſit ⁊ vnico actu videt quecūq; in v̄bo viſurus eſt: ⁊ ſic illa viſio vt ē actꝰ elicitus nō eſt infinite ꝑfectiōis ⁊ perpetuus.

¶ Ad ſcđam relicta rñſione Gregorij dicētis hoc loco multa: que

b.Tho.negaret:rñdet: vt idē rñ-
det ꝑma pte.q.58.ar.7.ad ſcðm.
ꝙ nihil ꝓhibet in angelis eſſe
vtrāq; cognez.Ex quo pȝ ꝙ viſio
creata diuine eēntie cōpatit̃ ſecū
viſionē creature in ꝓprio gñe: qꝛ
ſcða refert̃ a beatis ad primã.plu
res vero intellectiões adinuicem
nõ ordĩate ſufficiēter, nõ ꝯcludūt̃
ineſſe eidem ſimul ex pluralitate
ſpecierū in eadeȝ parte aīe aut ex
pluralitate habituū in aīa.de ve-
ri.q.8.arti.14.

¶Ad tertiaȝ dico ꝙ ſic arguentes
debēt attendere ꝙ Augu.ꝛ ſi di-
cat: ꝙ deꝰ loq̃tur illis ꝑ ſuã ſbam:
nõ tñ dicit: ꝙ illi audiãt per ſbam
dei: vñ breuiter ex illa auctoritate
nõ plus põt haberi: niſi ꝙ diuina
eſſentia in cognitiõe beatifica: tȝ
vicem actꝰ primi: nõ aūt actus ſe-
cūdi.de intentiõe Cōmēta.dictū
eſt prius.pȝ ergo ꝙ diuina eēntia
nõ põt eſſe intelligere intell'ꝰ an-
An itel gelici: quo formaliter intelligit.
ligerẽ ſit ¶Arguit̃ ēt ꝙ intelligere non ſit
pati et agere: ſed pati vel recipe actū in-
ab obo telligēdi: qui ſolū eſt effectiue ab
obto.Huiꝰ mētis eſt Godofre.5.
q̃li.q.2.cuius hec ſunt efficaciora
medio: pᵒ.n. ſic arguit intellectꝰ
eſt potētia paſſiua.ergo ītelligere
qð eſt eius ꝑfectio eſt receptio.

¶Rñdeo.Cū eadeȝ potētia poſ-
ſit eē actiua ꝛ paſſiua reſpectu di
uerſoꝝ: eius ꝑfectio vt actiua ꝯſi-
ſtit ĩ exercēdo actionē: ſȝ in patiē-
do vt paſſiua.ītelligere aūt eſt ꝑfe
ctio intell'ꝰ: vt eſt potētia actiua.

¶Scðo.intelligere facere ꝛ ītelli-
gere fieri.i.ſbm ꝛ efficiēs ītellige-
re ſunt diuerſa pncipia: ſȝ ſbm in
telligere eſt intell'ꝰ.ergo efficiēs
erit obiectum.

¶Rñdeo ꝙ vt dic̃ Ber.ꝓdicti ter-
mini: ītelligē: facer̃: ꝛ ītelligē fieri:
ſunt de nouo inuēti ad fingēdas
nouitates.Relicta rñſione eiuſdē
dr̃: ꝙ ꝓductio actꝰ ītelligēdi ꝛ eiꝰ
receptio: attribuūt̃ diuerſis pnci-
pijs totalibꝰ: qꝛ pncipiū actuū to
tale primū eſt intell'ꝰ ſub ſpē: ſed
pncipiū receptiuū eſt ītell'ꝰ ſolꝰ:
ꝛ nõ ſpēs ſola: nec ſpēs cū ītell'u.ð
hac mã ē.s.D.de vi.q.8.ar.ad.7.

¶Cū aūt dicit.s.T.ꝙ intelligēs
nõ ſe hȝ vt agēs.ītellige totale: nõ
aūt ꝑtiale: ſil'r cū dicit ꝙ ītelligēs
nõ ſit patiēs: ſic̃ patit̃: qñ recipit
actū pmū: vel nõ patit̃ ab aliquo
extrinſeco alteratiuo ſui.

¶Tertio.Cõtra rõnē eſt potētie. 9.met.
actiue ꝛ paſſiue ꝙ ſit pncipiū ali- tex.2.
cuiꝰ ĩ ſe manētis.g̃ ītell'ꝰ nõ pt eē
cã paſſiua ꝛ actiua ītelligere.añs
ꝓbat̃.qꝛ potētia actiua ē pncipiū
trāſmutãdi aliud inquãtū aliud:
paſſiua vero eſt pncipiū trāſmutã
di ab alio inquantum aliud.

¶Rñdeo.añs veꝝ eſt tm̃ ĩ cã to- Intelle
tali.ꝛ iõ negat̃ ꝯña: qꝛ intell'ꝰ ē cã ctꝰ diſ
actiua ꝛ paſſiua ꝑtialis ītelligere. finitio-
Ad diffõnē dr̃ ꝙ ille diffinitiones nis po-
ſūt vere de potētia trāſmutatiua tentie.
ſcḋm motū ꝛ mutationē: cuiuſmo-
di nõ eſt ſenſus ītell'us ꝛ volūtas.

¶Dico q̃ꝙ ſuppoſito ꝙ illa diffõ
eēt vl'r de potētia actiua: nõ dicit
ꝙ ē pncipiū trāſmutãdi ſꝑ alterã
ſed dicit ſic.5.meta.Ptãs dr̃ q̃deȝ tex.17.
pncipiū motꝰ ꝛ mutatiõis ĩ alterū
aut inquãtū alteꝝ: q̃ apte demon
ſtrat̃ nihil ꝓhibere: idē eē ſui trāſ
mutatiuū: lȝ al'r ꝛ al'r hec ex Gre.
ſic ītell'ꝰ vt eſt actu ſpē ītelligibili
informatꝰ: trāſmutat ſeipȝ inq̃tū
eſt potentia receptiua actus ſcði.

¶Ad idē arguit Adã.ſi oē ītellige Adã in
re eſt actio elicita.ſeq̃t̃ ꝙ ſolꝰ deꝰ pᵒ.q.3.
ſine intell'u creato/nõ poſſet crea
re viſionē dei qð nõ eſt dicēdū: tū
qꝛ intelligere nõ ſꝑ req̃rit effici ab
eo qui intelligit: vt pȝ ſcḋm phm de
intelligētijs ītelligētibꝰ multa ꝑ
ſuas ſbas.Tū qꝛ ſeq̃ret̃ ꝙ deꝰ nõ
poſſȝ beatificare creaturã ſine ea.
Tuȝ ēt qꝛ ſeq̃ret̃ ꝙ aīa ꝛ angelus
eſſent infinite ꝑfectõis: poſſent.n.
producere actioneȝ oēȝ intell'us:
quam deus poteſt producere.

¶Rñdeo.dico pᵒ ꝙ lȝ deus ſe ſolo
poſſet creare intellectionē ꝛ ſepa-
rẽa quocunq; ſbto: vel infundere
cuilibet intellectui ꝛ facere illi ihe



rere: tñ nullus ītell'ꝰ intelligeret
ꝑ eã niſi eam coefficeret. nihil.n.
agit actiõe a ſe diſtincta niſi ab eo
fit.3.phy.tex.20.

¶Dico ſcðo ꝙ beatificare põt ac-
cipi dupl'r.pᵒ mõ vt ē ꝓducere to-
taliter vel partial'r actū beatitudi
nis: ſic deꝰ nõ põt beatificare crea
capi.9. turã ſine ea: qꝛ beatitudo eſt opa
tio rei vt tãgit Ariſ.pᵒ ethi.itē.s.
Th.pma ſcðe.q.3.arti.2.ꝛ.4.ſen.
di.49.q.1.ar.2.Alio mõ vt eſt ꝓ-
ducere beatitudinē obiectiue.ſic
ſolus deus producit.

¶Dico tertio ꝙ cã effectiua ꝑtia-
lis: nõ tot effectuū q̃n pluriuȝ ſpē
diuȝ: nõ eſt infinite ꝑfectiõis niſi
ſcḋm q̃d: ſed bñ totalis.intellectum
vero eſſe infinite ꝑfectiõis ſcḋm q̃d
nõ eſt inconueniens.

## Cõcl'o.ij.

Uirtus intelle
ctiua ipſiꝰ an-
geli: nõ eſt eadē cū eiꝰ eēntia.Hãc
ꝓbat.s.Tho.1.ꝑ.q.54.ar.3.Huiꝰ
rõ eſt.ſcḋm diuerſitatē actuū eſt di
uerſitas ꝓprīaꝝ potētiarū ꝑ illas
ꝑfectibiliū: ſȝ eē ꝛ opari ſunt actꝰ
real'r diuerſi ĩ creaturis.Igit̃ req̃
rūt potētias ꝑfectibiles realiter
diuerſas.hmõi ſunt eēntia ꝛ vtꝰ
vl' potētia opatiua.Igit̃ ille real'r
diſtinguunt̃ in omni creatura.

¶Cõtra hãc ꝯcl'onē arguit Durã
Duran. dus.Nos pauca illa que de ange
h.q.5. lis nouimꝰ ex aīe noſtre cõditiõe
cõiecturare opȝ: ꝛ ſcḋm hoc ꝙ potē
tia angeli intellectiua ſit realiter
idem ꝙ eēntia ſua ſic põt ꝑſuade
ri: iõ in aīa potētias ab eēntia di-
ſtinguimꝰ: qꝛ hȝ aliquos actus in
vnū pncipiū nõ reducibiles vt vi
dere ꝛ audire: aut qꝛ cū ſit forma
corꝑis alique potētie ſunt actꝰ cor
poris: alique nõ: ſed in angelis nõ
eſt niſi vna cognitio intellectiua:
itē nulliꝰ corꝑis actus eſt angeli
eēntia.ergo vr̃ ꝙ potentia angeli
nõ differat realiter ab eſſentia.

¶Rñdeo.In angelo ſunt actꝰ plu
res nõ ſolū ſpē: veꝝ ēt gñe dr̃ntes
ad potētias gñe diſtinctas redu-
tex.27. cibiles.dr̃.n.2.de aīa.Gña poten
tiarū aīe ſunt vegetatiuū: ſenſiti-
uū: appetitiuū: motiuū ſcḋm locū ꝛ
intellectiuū.de hoc.s.Tho.1.ꝑ.q.
78.ar.1.Qð ēt addit̃ ꝙ aīa eſt for
ma corꝑis: ꝛ quedam potētie aīe
ſunt actꝰ ꝯiūcti: parū valet: qꝛ ēt ĩ
aīa ſepata diſtinguunt̃ intell'ꝰ et
volūtas: multe ēt ſunt alie rõnes
ad hec.

## Cõcl'o.iij.

In angelis nõ
hȝ locū diſti-
ctio intell'ꝰ agētis ꝛ poſ'is: ſicut ĩ
nobis: niſi loq̃mur equiuoce.Hãc
ponit.s.Tho.1.par.qõ.54.ar.4.
Huiꝰ rõ eſt.ſublata cã pluralita-
tis ꝛ diſtinctiõis: tollit̃ ꝛ ipſa plu
ralitas ꝛ diſtinctio.ſed cã pncipa
lis diſtinctionis ītell'ꝰ poſ'is agē
tis: nõ hȝ locū in angelis.g̃.

¶Cõtra hãc ꝯcl'onē arguit Sco. Scotꝰ h
ꝓbãdo ꝙ in angelis nõ dȝ negari q.11.
intell'ꝰ poſ'is: qꝛ nõ ſunt in poten
tia ad ſpēs.prīo ſic.Supꝰficies ſi
eēt ꝓducta ſub albedine: nõ minꝰ
eēt receptiua eius ꝛ poſ'is reſpcū
eius: qꝛ potētiã receptiuã nõ opȝ
pcedere actū ſuū ad quē eſt dura
tione.Ergo ꝛ intell'ꝰ creatus ſub
ſpēbus vere eſt poſſibilis in cõpa
ratione earum.

¶Rñdeo.Intell'ꝰ poſſibilis dicit̃
ex potētia paſſiua indifferēter ſe
hñte ad oppoſita: non aūt ex hoc
ſolo ꝙ eſt ſbm concreatū ſpēbus.
vñ argumētū nõ vadit ad mentē
ꝯcl'onis.Negat̃.n.intell'ꝰ poſ'is ĩ
angelis: qꝛ nãliter nõ põt eſſe ſine
ſpēbꝰ: iõ negat̃ exēplū de ſupꝰficie
qm̃ albedo eſt illi ꝓ accñs ꝑ accñs.

¶Secūdo.In nobis nõ negaret̃
intell'ꝰ poſſibilis ſi fuiſſet creatꝰ
ſub ſpeciebꝰ.ergo nec pariter in
angelis negandus eſt.

¶Rñdeo.negat̃ ꝯña.nõ.n.negat̃
intellectus poſ'is ex ſola aſſiſten-
tia ſpērū: ſed ex hoc ꝙ repugnat
ſibi nãliter priuatio taliū.pma ꝑ.
q.64.ar.1.Ex q̃bꝰ habet̃ ꝙ mens
s.Th.eſt ꝙ ſpēs angelice nãliter
cõſequunt̃: tanq̃ accñtia propria
naturam angelicam.

¶Tertio.Qð eſt ꝑfectiõis in nã

ıſeriori:nō dz negari a nā ſupiori:
lz cā ſupior preueniret actionē in
ferioris illi⁹ nāe actiue:ſed intel=
lect⁹ agēs eſt pfectio in aīa nr̄a.ğ
nō dz negari i angelis: q̄uis de⁹
indiderit ſpēs mētib⁹ angelicis.
¶Rn̄deo.p° q intellꝰs angelicus
nō ꝓprie dr agēs:ſicut ī nobis:nō
ſolū qr nō abſtrahit ſpēs: ſz qr nō
pōt abſtrahere. pma p.q.55.ar.2.
ad ſcd̄z.de veri.q.8. arti.9. Tunc
ad maiorē dr q eſt falſa in ꝓpoſi=
to.nā gn̄are ſibi ſile: ē pfectiōis ī
igne:nō aūt in angelis:eſt aūt ꝟa
in nā eiuſdē gn̄is ⁊ pfectionis.
⁋Dico ſcd̄o q lz angelus nō ab=
ſtrahat:eſt tn̄ pfectior.tum qr ab=
ſtractio eſt cōpaſſiue cauſata a re
māli:a qua longe eſt angelus:tū
qr ordinat̄ ad pfectiores opōnes.
¶Aduertēdū q angelus p ſpēs
quas hz apud ſe:cognoſcit oēs ve
ritates nāliter ab eo cognoſcibi=
les de īdiuiduo tā neceſſarias q̄
ꝯtingētes.s.Tho. vbi.ſ.ad q̄ntū
quare nō intelligit cōponēdo ⁊ di
uidendo.pma p.q.58.ar.4.Ex q̄=
bus pz: quomō angelus nō indi=
get intellectu agēte ad acq̄rendū
ſpēs q̄ditatū:aut ſingulariū neq
ad acq̄rendū notitias intuitiuas
aut abſtractiuas:aut notitias ve
ritatū neceſſariaꝝ:aut ꝯtingētiū
qr oīa talia pōt p ſpēs īnatas.q̄uo
vero hoc poſſit fieri per ſpēs fini=
tas:inferius latius dicetur.

De cā ſpērum angeli= carum.

¶Sciendū q̄z q ſpēs angelice ex
nāli ſeq̄la ꝯcomitant̄ nāz angeli
cā:fluitq a tali nā ītellꝰs angelic⁹
talib⁹ſpēb⁹cōplet⁹:eo mō quo po
tētie aīe fluūt ab ei⁹ eēntia:⁊ pōt
dici q ille influx⁹ ē:ſicut a cā effi=
ciente large accipiēdo cāz efficiē=
tem:prout effect⁹ primariū poteſt
dici effectus ſecundariū.

Grego. i.2. diſt. 7.q3.5. ar. pmo

¶Cōtra eandē arguit Grego.an
gelus aliquā notitiā ītuitiuā ac=
cipit a reb⁹ ex.igit̄ ī eo eſt intellꝰs
poſſis.añs ꝓbat̄.qr cuiuſlz notitie
ītuitiue angeli obz ē cā effectiua
ptialis ⁊ imediata.ꝓbat̄.ſi.n.ñ ſit
obz cā effectiua ptial̄:ğ aliq̄d aliō
erit cā effectiua notitie ītuitiue:
ſz illud nō erit pncipiū receptiuū
eiuſdē notitie:neq effect⁹ notitiā
ꝯn̄tes.ğ notitia hec intuitiua po=
terit cāri in ītellꝰu ſine re exn̄te:po
ſito.n.actiuo ⁊ pncipio paſſiuo in
opportunis diſpōnib⁹.ſeq̄tur effe
ctus ſi agēs ſit nāle vl̄ poni pōt ſi
liberuz ex.9.meta. Patet ēt q ſit Tex.16
cā imediata:ſi.n.eēt mediata: eēt
cā alicui⁹ q eēt cā imediata. ⁊ il=
lud nō pōt eē niſi ſpēs:vel habit⁹
vel alia notitia.ſed non alia noti=
tia:qr nō abſtractiua. talis eñ ſi
ſit diſticta ⁊ nāliter habita: ⁊ pre
ſupponit intuitiua eiuſdē rei:q̄ ſi
imediate cauſat̄ a re eadē rōne et
q̄libet:ſi mediate itur in infinitū:
neq habit⁹ qr habit⁹ nāliter acq̄
ſitus p̄ſupponit cauſal̄r actū.ne=
q ſpēs:qr nō ē oportuna niſi ī ab
ſentia obti.ğ p ſe nō req̄rit̄ ī noti=
tia ītuitiua.ğ nō eſt ei⁹ per ſe cā.

Diſtinctio notitie intuitiue ⁊ abſtractiue:eſt nea a.s.T.

¶Rn̄deo p°.diſtictionē ꝺ notitia
intuitiua ⁊ abſtractiua nuſq̄ legi
apꝺ.s.Tho.ſub ill̄ ꝟbis:lz forte
equalētes diſtinctiones ponat.3.
ſen.di.23.q.1.ar.2. itē de veri.qō.
10.ar.8.ſi itaq voces ītuitiuā co
gnitōez:qua ſcit̄ de re an eſt:⁊ ab
ſtractiuā qua ſcit̄:q̄d eſt:approbo
diſtictionē: vel ītuitiua ē ſimplex
intuit⁹ obiecti vel apprehēſio:ab
ſtractiua ē diſcurſiua: cōpoſitiua
vel diuiſiua:vel intuitiua eſt rex
ī pticulari:abſtractiua ī vl̄i:⁊ coin
cidit cū pma:vl̄ cognitio ītuitiua
eſt cognitio viſiōis:⁊ abſtractiua
eſt cognitio ſimplicis ītelligētie:
verūtn̄ Grego.vr̄ aliter dicere ſcz
q notitia intuitiua īmediate ter=
minat̄ ad rē:abſtractiua vero ad
ſpēz rei.s.aūt Tho.tz oēz notitiā
ſenſitiuaz exteriorē terminari ad
rem ⁊ oēm intellectiuā non refle
xam:⁊ ſolā imaginationē termi=
nari ad ſpēm rei.de veri.q.10.art.
8.ad.2.item pma p.q.85.ar.2.
¶Aduertēdū vero cū dicit; q id
q p° a nobis intelligit̄ eſt res ex.
nō intendit dicere q talis actus
intellꝰs nullo mō terminat̄ ad ali
quam



quā ſilr̄itudinē obiecti: terminat̄
eñ ad verbū:rōnē ⁊ ꝯceptū.pma
p.q.85.ar.2.ad tertiū.p° ꝯ gē.ca.
55.ſed lz talis actus aliqual̄r ter=
minet̄ ad ꝯceptū rei: nō tn̄ ibi ſtat
ſed tendit in rē ex̄ ſup Boe.de tri.
q.5.ar.2.itē.5.quoli.ar.9.
¶Sed q̄cq̄d ſit de Gregorio vten
do terminis vt ipe:rn̄det̄ ad arg.
negando aſſumptū videlz q res
ītuitiue cognita ab angelo ſit cā
totalis vel partialis notitie ange
lice:⁊ ad ꝓbatiōez dr:q cā totalis
creata eſt intellectus angelic⁹ cū
ſpecie talis rei:nec ſequit̄ vt ipſe
infert q talis notitia poſſit cāri a
re cui⁹ eſt ſpecies:nō exiſtente.
¶Ad ꝓbationem dr q ibi nō eſt
opportuna diſpō:qr ſpēs illa non
cauſat talē notitiā: niſi aſſimilet
rem intellectui:vn̄ re pn̄te ſpecies
angelica aſſimilat̄ ei:nō aūt re nō
exn̄te:reſpect⁹.n. ſilis nouiter re=
ſultans expoſitione noui termini
ſui eſt diſpō opportuna agētis ad
agēdū.falſum ēt eſt cū dr: q ſpēs
nō eſt opportuna niſi ī pn̄tia obi:
qr pn̄te ſenſibili nūq̄ fit ſenſatio
niſi pri⁹ nā informet ſpē ſenſibili:
vn̄ nec notitia pn̄tiū fit ſine ſpē.
¶Patet quoq ex dictis:quare fu
tura nō poſſint diſtincte cognoſci
ab angelo:nō qr cognitio angeli
dependeat a futuris:ſed qr nō ſūt
capacia cog̃nis ꝓprie.de veri.qō.
8.ar.12.ad primū.item prima pte
q.57.ar.3.
¶Scd̄o arguit̄ ſic ꝑz eundē:ſi in=
tellꝰs agens ⁊ poſſis negaret̄ ī āge
lis:hoc iō eſſet:qr angelus a pnci
pio hz totā pfectionē nāliter ſibi
poſſem cōcreatā:ſicut corpa cele=
ſtia:ſz hec rō nō dz mouere.Tū qr
ſequeret̄:q nunq̄ angelus noua
ꝯſideratiōe pficeret̄. Tū qr corpa
celeſtia nō ſunt total̄r pfecta pfe=
ctione que ſola eſt ī ꝓpoſito.luna
eñ a ſole illuminat̄.ğ talis intel=
lectus ponendus eſt in angelis.
¶Rn̄deo.negat̄ minor: qr rō bo=
na eſt.Ad īſtātiā dico q cōpatio ē
ſic ītelligēda q ſicut corpa celeſtia
ſūt total̄r creata pfecta ab initio
q nullā formā ſtantē fixam ⁊ q̄e=
tam ⁊ ſe hn̄tem p modū actus pri
mi vel habit⁹ ex poſt nō receperūt
lz recipiāt formas p modū actus
ſecūdi:vt ſunt motus ⁊ illumina=
tio.ſic ⁊ angeli.
⁋Dico q̄z q ſil̄itudo īter pfectōez
corporū celeſtiū:⁊ angelos tz quo
ad ꝓfectiōez ad quā attigere pn̄t
ꝟtute nāli: nō aūt quā participa
re pn̄t ex ſuperioꝝ actiuitate.pria
parte.q.58.ar.1.
¶Arguit idem Grego.ꝯ ꝓpōnez
maximā quā aſſumit.b. Tho.in
quadā rōne ꝓbante ꝯcl̄onē. ē aūt
propō:de extremo ad extremū nō
venit̄ niſi p mediū:⁊ ait q hec nō
eſt vera vl̄r. Nā capilli albi fiūt
nigri:non tn̄ prius virides. itē eū
do ad intentionē arguentis dicaz
q eſſe imaginabile nō erit mediū
inter eſſe māle ⁊ intellectuale ip=
ſius angeli.ğ rō nō ē efficax.

Grego. vbi. ſ.

¶Rn̄deo.Jlla rō ſolida eſt:⁊ ma=
xima vera in oī gn̄e mot⁹: de me=
dio tn̄ p ſe:non de medio p accn̄s.
dico aūt mediū p ſe aliqd cōe: qd
ſm ſuā rōnē eſt ſilius ⁊ ꝓpinquus
cuilibet extremo:q̄ vnū extremū
alteri vt tepiditas inter frigidita
tem ⁊ caliditatē. Mediuz aūt per
accn̄s voco aliqd pticulare ſub il
lo cōi:qd nō ſolū ē vicini⁹ ⁊ ſilius
vtriq extrēo q̄ ſint extrema adin
uicem:ſed vltra hoc addit aliquā
ſpālē rōnē ſub medio p ſe dicto:ſi
cut rubedo ⁊ viriditas inter albe
dinē ⁊ nigredinē:viriditas igitur
nō eſt mediū p ſe: ⁊ ſi arguat̄ opz
p mediū:ğ p aliqd mediū eſt falla
cia ꝯn̄tis.pz ēt qual̄r eſſe imagina
bili cōuenit vere eſſe mediū p ſe:
qr eſt ꝓpinquius eſſential̄r ⁊ for=
maliter vtriq extremorū q̄ extre
mum extremo.

## Cocl̄o.iiii.

Angeli non oīa cog̃ſcūt p eēntias ſuas:ſz p ſpēs ꝯnāles ⁊ ꝯcreatas.Hāc ꝓbat.1.p.q.55. art.1.vbi ꝓ pria pte ꝯcl̄onis talis ponit̄ rō,Oīs ītellꝰs aliq̄d ītelligens

P.ſon.ſup.2. ſen.Jo.cap. E

hʒ in ſe aliquã formã p quã eſt in actu pmo: ⁊ p quã elicit actũ ſcðʒ vel opationẽ itellectualẽ: ſʒ intellectus angelic⁹ eſt hmõi.ꝫ.hʒ tales formã: ſʒ illa forma nõ põt poni eẽntia angeli reſpectu oĩʒ itelligibiliũ.igit. opʒ ꝙ ſit aliqua forma ſuperaddita: talem aũt dicimus ſpẽm intelligibilem.

¶Scðam partẽ ↄ̃clonis probat ibidẽ arti.2. ſupreme ſbe ſpũales ꝓportionant ſupmis ſubſtantiis corꝑalib⁹: quo ad ſuas nãles ꝑfectiones: ⁊ infime e infimis ſilr: ſed ſupma corꝑa ſuas nãles ꝑfectiones ſimul cũ ſua nã per creationẽ receperũt. igit ſupreme ſbe ſilr. Sʒ nãlis ꝑfectio ſbaꝝ ſpũaliũ ẽ i hñdo actu pmũ reſpectu opatõis ſecũde itelligibilis: ille aũt actus eſt ſpecies intelligibilis.ergo.

Henri⁹. q̃li.5.q.14. ¶Cõtra arguit Hẽric⁹ ꝓbãdo: ꝙ nulla ſpẽs ponẽda eſt i itellu humano vel angelico q̃ ſit pncipiũ itelligẽdi.pmũ⁹ intell'ſ ſepat⁹ nõ indiget ſpẽ ad hoc ꝙ exeat i actũ intelligẽdi.ꝫ.nulla in eo ponẽda eſt.ꝓbatur añs.illa indigẽtia neꝗ eẽt ex ꝑte intell'ſ neꝗ ex parte intelligibil':ꝫ nõ indiget.ꝓbatur pma ꝑs añſ. Ex ſe.n.ſufficit itell'ſ ſepat⁹ intelligere: ſicut nõ ſufficit ſba ignis vt calefaciat ſine calore: ergo non indiget alio.añs ꝓbat. qð de ſe ẽ itellectiuũ ⁊ itelligibile ex ſe ſufficit vt itelligat: ſʒ intell'ſ ſepat⁹ ẽ hmõi.ꝫ.ꝓbatio medie ẽ: qꝛ vna eẽ nõ itellectiui ⁊ itelligibilis eſt imãlitas.ꝓbat ſcða pars añtis.ſ.ꝙ illa idigẽtia ñ ſit ex ꝑte intelligibil': qꝛ iõ eẽt ꝓꝑ pñtiã obi: ſʒ hoc nõ eſt: tũ qꝛ eẽntia angeli ẽ obʒ angeli ſp pñs itellectui:tũ ẽt qꝛ ſpẽs nõ põt eẽ obʒ itell'ſ: qꝛ nõ põt repñtare niſi ſingulare: ſic em̃ ipmit ſicut ab alio ipmit.ſʒ ipmit a ſingulari ⁊ nõ ab vl'.ergo.

¶Rñdeo.reqrit ſpẽs ex ꝑte itelligibilis tñ: qð al'r nõ põt eſſe. pñs intelligentie: vñ ⁊ illa q̃ p ſe pñt eſſe pñtia itellectui nõ intelligunt p ſpẽm: vt pʒ in actu beatitudinis.

¶Ad ꝓbõnẽ dr ꝙ eſſe i alio vt in ſbo ⁊ in cogſcẽte.i.vt obo: pt eidem ſil' ↄuenir: nihilomin⁹ p hoc ꝙ ſpẽs ẽ i itell'u: nõ eſt obʒ cognitũ: ſʒ ad huc reqrit actus intell'ſ: ⁊ tũc fit ſpẽs expſſa: q̃ expmit ab intell'u formato ſpecie impreſſa.

¶Dicit ẽt ꝙ ſpẽs impſſa qꝛ imãlis: lʒ ſit ſingul'is: ẽ ſufficiẽs pncipiũ itelligẽdi vl'e.falſuʒ ẽt ẽ ꝙ ſic ipmat ſp aliqd: ſicut ipmit: qꝛ ſenſibile nõ exiſtit ſine mã in reꝝ nã: ⁊ tñ facit ſpẽm ſine mã in ſenſu: vt pʒ.2.de aĩa.ſic rñdet Bernardus de gãnaco ⁊ bene. Tex.cõ 121.

¶Scðo.Spẽs itelligibilis nõ facit intelligibile pñs.ꝫ iõ ſpẽs nõ ẽ ponẽda.añs ꝓbat.ſicut ſe habet ſpẽs viſibil' ad viſibile ex: ita itelligibil' ad vl'e itelligibile: ſed ſpẽs viſibilis mag' depẽdet a re ꝗ ecõuerſo: ſi.n.de⁹ ipmeret ſpẽʒ i oculo ⁊ ↄſeruaret: pñtia ſpẽi nõ faceret rẽ pñtem: ſed p aliqd aliud ſit pñs.cũ ꝫ ſpẽs nõ ponat niſi ꝓꝑ hmõi pñtatõeʒ vanũ ẽ ponere ſpẽʒ

¶Rñdeo.negat añs.ad ꝓbõnem negat ſilitudo. naʒ ſpẽs viſibilis in oculo reqrit realẽ pñtiaʒ rei a q̃ cãtur: nõ ſic ãt ſpẽs itelligibilis: qꝛ itell'ſ põt itelligere abñtia ſʒ rẽ.

¶Admiſſa q̃ʒ ſilitudine adhuc rñdet: ꝙ ſpẽm magis depẽdere a re põt intelligi dupl'r. Pmo ad eliciẽdũ actũ cognis: ⁊ ſic obm magis depẽdet a ſpẽ qꝛ ñ opʒ ꝙ obʒ al'r ſit pñs: ꝗ p ſpẽm. Alio mõ ad conſtituendã pñtiã rei: ⁊ ſic dico non dependet: qꝛ nec ẽt illa exigit: vñ ſi deus cauſaret ſpẽm ⁊ illã ꝓduceret i oculo: ſine pñtia rei actus cognis p fecte eẽt: ⁊ oculus indicaret de re: ſicut de pñti: ſicut ẽt fit i preſtigijs. Hec Bernardus ⁊ bñ: niſi ꝙ pateter nõ diſtinguit de duplici pñtia in eſſe obiectiuo ⁊ reali. pma eſt neceſſaria ad intelligẽdum nõ ſcða.⁊ primã facit ſpẽs: nõ ſecundam.

¶Itẽ dubiũ eſt vtrũ oculus poſſit videre non pñtia per ſpẽm rei non preſentis.



¶Tertio.Sequeret ꝙ in intellectu angelico eẽnt ſpẽs oĩm creabiliuʒ infinitoꝝ: ⁊ ſic ifinite ſpẽs: qð eſt incõueniẽs.ꝫ.ſequella ꝓbatur: qꝛ hñs ꝓpriã opatiõnẽ nãleʒ: hʒ ẽt ea per q̃ põt explere. Operatio vero nãlis angeli eſt oĩa nãliter intelligibilia itelligere: q̃ ſunt infinita creabilia: naʒ vt cõiter dr ſũt ifinite idee reꝝ creabiliũ: i deo ſunt quoꝗ ifinite ſpẽs numeroꝝ.

¶Rñdeo.negat ↄ̃ña.ad ꝓbõnem dicit: ꝙ angel⁹ hʒ ſpẽs ↄcreatas: nõ vero hʒ pncipia q̃bus põt eas acquirere: ſicut ⁊ veſtes et arma. Nec tñ opʒ ꝙ angelus hẽat ifinitas: qꝛ ad naturalẽ ei⁹ cognitionẽ pertinẽt tm̃ creata vel creãda: nõ aũt creabilia.⁊ ſicut deus non ſil' põt creare oĩa creabilia ⁊ quoꝝ hʒ ideas: ꝗuis poſſit creare ſingula: ita nõ pt facere ſimul ifinitas ſpẽs i ãgelo: ⁊ lʒ angel⁹ poſſit intelligere ſingula hñtia ideaʒ in deo: nõ tñ oĩa: ſic neꝗ oẽs numeroꝝ ſpecies: ſed ſingula.hec Ber.

¶Ego puto ꝙ angelus põt nãliter cognoſcere infinitas ſpẽs nũc rorum ſimul et vnico actu.

¶Quarto.Sequeret ꝙ angelus intelligeret actu oĩa quoꝝ hʒ ſpẽs apud ſe ⁊ ſic infinita: itẽ ꝙ intelligere nõ eſſet pati: nec actus intellect⁹ eẽt motus a re ad aĩaʒ: ſʒ potius econuerſo.ꝫ.pma ↄ̃ña ꝓbat: qꝛ oĩs actio que hʒ ſufficiẽs pncipium in agẽte: neceſſario ꝓcedit ab agẽte diſpoſito.ſcða ꝓbat. qm̃ recipere ſpẽm: ſicut ſbm eſt actus oĩno abſolut⁹ nõ terminat⁹ i aliũ: ſed ſtans in agente ſicut lucere.

¶Rñdeo.negat ↄ̃ña.ad pmã probationẽ dr: ꝙ ad hoc ꝙ actu itellectus intelligat reqrit intentio.cũ aũt intell'ſ eẽt idifferẽs ad plura actu intelligẽda ſm eũdẽ intelligẽdi modũ: determinat a volũtate vel ab occurrẽte puta imaginatione: iõ angel⁹ nõ neccio itelligit oĩa q̃ꝝ hʒ ſpẽs apud ſe ſicut nec imaginatio non neceſſario fertur ſuper oẽs ſpecies ſuas.

¶Ad ꝓbõnẽ ſcðaʒ dr ꝙ itell'ſ eſt dupl'r patiẽs.ſ.recipiẽdo ſpẽm et actum itelligẽdi: intelligere ẽt dr q̃dã pati iquãtũ non eſt idẽ/ qð in.ell'ſ: ſʒ quoddaʒ receptũ in eo. P Itẽ dr ꝙ intelligere ẽ mot⁹ a re ad aĩaʒ: qꝛ fit ab intelligibili mediante ſpẽ: quã ipmit: nec ẽ motus ab aĩa ad rẽ niſi valde metaphoric⁹ inquãtũ intell'us indicat de re: ⁊ ſic ad eam terminatur.

¶Sciendũ ꝙ nõ eſt poſſibile intellectũ intelligere p habituʒ: vt Henric⁹ poſuit. Quia aut iſte habitus eſt ſimilitudo rei aut non. Si nõ fieri cognitio nequit: q̃ ſem per fit p ſilitudinẽ. Si ſic: aut eſt ſimilitudo determinata: ⁊ ſiquidẽ ꝙ ſpecies aut indeterminata: et ſic eo nihil determinate cognoſcetur. Si dicat ꝙ iſte habit⁹ virtute cõtinet oĩa intelligibilia. Non ſufficit qꝛ diſtincte cõtinere neqt ⁊ ſic nõ erit diſticta notitia. Neꝗ etiã per iſtũ habitũ põt obiectum eſſe pñs intellectui obiectiue: qꝛ reddi non pt ratio: quare potius ſit pñs nũc: ꝗ prius quãdo angelus non intelligebat. Qð habit⁹ nõ ſit principium intelligendi.

¶Nota etiã ꝙ Egidi⁹ in q̃nib⁹ diſputatis ſoluit oẽs rõnes Hẽrici oſtẽdens quoꝗ eas militare cõtra habitum.

¶Arguit etiã Durãdus ad idem ꝗ probãdo ꝙ nulla ſpẽs ſit ponẽda in parte ſenſitiua: ⁊ p ↄ̃ñs multominus in parte itellectiua. Oẽ illud eſt pmo cognitũ per qð tãꝗ per rep̃ſentatiuũ potẽtia cognita fertur in alterũ. Sʒ nulla ſpẽs coloris in oculo eſt viſa: ꝫ ſpecie nihil videt oculus minor de ſe manifeſta eſt.maior ꝓbat. qꝛ ſe habet obiectiue ad potentiã cognitiuam vt cognitiua eſt. ſupplet em̃ vicem rei quam repreſentat. Durandus vbi ſupra.

¶Confirmat.qꝛ abſurduʒ videt ꝙ potentia cognitiua ducat in cognitionẽ alterius per totalr incognitũ mediũ. Spẽs enim haberet rõnes imaginis que ſemp ẽ potẽtia cognita.

¶Rñdeo.negat maior. Ad pbationē piter negatq repñtās aliqd obiectiue ſe hēat ad potentiā aut ſuppleat vicē obiue.ſupplet.n. vicē obiecti i actuādo potētiā ponēdo eā in actu pº: nō aūt i terminādo actū ſecundū potentie.

Tripl'r mediuz ſub q: q ⁊ in q.

¶Ad ɔfirmationē dico q triplex eſt mediū ſiue imago: ſub quo vt lux in viſu: quo vt ſpēs impſſa ⁊ i quo vt ſpeculū vel aliud obiectū extra videntē ex cuiº inſpectione ſenſus ducit i notitiā alteriº. Mediū in quo eſt pmo cognitū ſʒ nō mediū q. ſpēs vero ē mediū quo. De hoc multiplici medio habet pma pte.q.12.ar.5.⁊.q.87.ar.2.et 4.ſen.di.49.q.2.ar.pº. Et de veri.q.20.arti.ſecundo.

¶Scdo pbat q in parte itellectiua noſtra nō ſit ponēda ſpēs.tuʒ q₂ eſſet reſpectu omniū. Hoc vero nō eſt. phātaſmata.n.a quibº abſtrahunt ſunt tm̄ ſenſibilium.

¶Tum q₂ intellectº per certitudinem cognoſcere pōt oīa que ſunt in nobis. Hoc vo in nobis nō cognoſcimus de ſpecie.ergo.

¶Rñdeo.intellectº noſter nō recipit ſpēs imediate niſi rerū qditatū ſenſibiliū ⁊ p ſpēs rerū ſenſibiliū itelligit pº quiditatē rei ſenſibilis ⁊ ex illa cognitiōe puenit ad cognitionē actus ſui: deide ad cognitionē actus ſui: ⁊ exinde ad cognitiōeʒ ſpeciei ⁊ potētie: deide in cognitionē aīe: deide venit i cognitionē ſubſtantiaꝝ ſeparataꝝ.

¶Ad aliud d₂ q intellectº noſter per viā reflexiōis pōt expiri ſe hre in ſe principia actus ſui ſcdi q ſūt potētie ⁊ impſſiōes hītuales quātū ad cognitionē an ē ⁊ qd ē. ſicut pbat.s.T.de veri.q.10.ar.9.

¶Hoc idē pʒ p multas auctes.b. Aug.pma ē.10.ɔfeſ.c.10. In mēoria ſūt theſauri inūerabiliū imaginū de hmōi rebº ſenſus iuētaꝝ.

¶Itē.12.cōfeſ.c.10. Animo imagines intuemur corpales. itē capi.16. Cum aliqd intuemur cōtinuo fit imago eius in ſpiritu.

¶Itē in epl'a ad Paulinū de vidēdo deū. Incorporeas inqt ſimilitudines: incorporea aīa incorporaliter cōmendat memorie.

¶Ex predictis iferꝰ qtuor correlaria. Primū falſe dicit Henricus q magna ignorantia vel icuria fecit credere q Aug. poneret ſpecies.

¶Scdʒ falſa eſt opinio Godofredi q negat ſpēs in itellectu: lʒ concedat eas in ſenſu.

¶Tertiū.falſa eſt opinio Durādi qui negat ſpēs tā in ſenſu q̄ i itellectu: lʒ coactº ponat eas in organis ſenſu vel i ſpiritibus cerebri.

¶Quartū.ē falſa opinio quorūdā terminiſtarū: ſicut Adā ⁊ ſiliuʒ negātiū oīno ſpēs ⁊ gloſantes dicta phi ⁊ Cōmen.⁊ Augu. contra mētē eorū dicendo q per ſpēs intelligūt habitº aut notitias abſtractiuas vel res ex vt phātaſiatas.

¶Sciēdū q cuʒ tripl'r forme eſſe dicant in ſubiecto. In potētia tm̄: ⁊ ſic ſunt ſimul in actu ipfecto vt cū ſunt in fieri: ⁊ ſic eē pñt ſimul ⁊ in actu pfecto. cūq₃ oēs forme itelligibiles ſint eiuſdē gñis: quātūcunq₃ res quarū ſunt ſpecies ſint diuerſorū: oēs i potētia ſil' eſſe pñt ⁊ in actu incōpleto. Et hoc ē ſpēs eſſe in habitu. Sed in actu pfecto pluriū ſpecierū ſimul eē nō pōt: ppter qd real'r diſtinguitur ab intellectione.

Tripl'r fo'e dicunt' eē in ſbto.

## Cōcl'o.v.

Quilibet angelus itelligit ſeipſum p eſſentiā ſuā et nō p ſpēm ſuperadditā. Hanc pbat.s.Tho. prima parte.q.56.ar.pº Huius rō eſt forma actu itelligibilis p ſe pſens ⁊ vnita intellectui: eſt ſufficiens principiū intellectiōis ſuiipſius: nec indiget intellectus aliquo accñte vel aliquo actu pº ad intelligendū eā: ſed ſba vel' eſſentia angeli eſt hmōi.ergo.

¶Contra arguit Sco. pbando q eſſentia angeli nō ſe habeat reſpectu intellectº eiº i opatiōe qua angelº itelligit ſe: ſicut calor reſpectu calefactiōis ſe hʒ ad ignem calefacientē ſicut dicit concl'o.pº. Nihil poteſt eſſe principiū actiōis imanentis alicuius agētis: niſi ſit i actu per illud. Sed intellectus angeli nō eſt in actu p eſſentiā ſuā: ergo. maior pbat: q₂ Phus.2.de

Scotº

tex.24.

anima.probat q anima eſt actus corporis: quia eſt quo viuimus et ſentimus. minor quoq₃ probatur. quia eſt ſubſiſtens. non enim informat illū nec aliquā actiuitateʒ tribuit illi.

¶Confirmat p exemplū tuū: q₂ ſi calere ē actio imanēs: ipoſſe eſt calere calore alieno.

¶Rñdeo.negat minor. Ad pbationē dicit q lʒ eſſentia ſit ſubſiſtēs: eſt tñ forma intellectus angelici ſm eſſe intellectuale: lʒ ſʒ eſſe naturale ſit oppoſitū: q₂ itellectº ē accidēs eſſentie. de veri.q.8.arti.6.ad ſcdm et ad ſextū. item.q.10.ar.11.item.4.ſen.di.49.q.prima.ar.pº.⁊ pma pte.q.12.art.1. Aſſumit itaq₃ pmo.Scotº minorē falſam. Scdo falſuʒ eſt q forma ſubſiſtēs nō poſſit eſſe ratio operandi. Tertio falſuʒ pariter eſt qd ait: q nullo modo pōt in illo ſuſcipi.

¶Ad ɔfirmationē dr negando ſimilitudinē. Nam inter lignū ⁊ calorē nulla eſſet vnio: ſecº eſt de ſubſtantia ſubſiſtente et itellectu.4.ſen.vbi ſupra.

¶Siendū quoq₃ q Scotº hic arguēs cōtra illā ppoſitionē.s.Th. q potentia nihil recipit ab obiecto niſi qñq₃ ſit in potētia qñq₃ in actu: deficit i duobº: primo em̄ falſe imaginat q obiectū exteriº ſit imediata cauſa itellectiōis. Dicimus em̄ q obiectū mouet ſenſuʒ exteriorē imediate ⁊ ille interiorē ⁊ ille itellectū. ſcdo falſe aſſumit q obiectū ſit cā tā i eſſe q̄ i fieri oīm eorū que de ipſo ſunt in itellectu. Non.n. ſpēs itelligibilis depēdet ab obo in eſſe: iō itellectº angelicº qui ſp eſt i actu reſpectu ſue ſpēi nihil recipit ab obto neq₃ actum primū neq₃ ſcdm: a ſpē tñ recipit actū ſcdm: ſed non ſemp: ab eſſentia vo ſp. de veri.q.8.ar.6.ad.7.

¶Poteſt ēt dici: q ppō.s.Tho. vera eſt de receptiōe cum motu: ⁊ illo mō intell'us angeli nihil recipit ab intellectu cū intelligit ſe.

## Cōcl'o.vj.

Eſſentia angeli eſt ſufficiens pncipiū quo angelus intelligit deū nāli cognitiōe: nec indiget alia ſpecie ſupaddita. Hāc ponit.b.Tho. pma p.q.56.ar.3. Huius rō eſt. oīs forma itelligibilis actu: aliqd natural'r repñtans eſt ſufficiēs principiū intellectiōis illius repñtati: ſʒ eſſentia angeli ſic ſe hʒ reſpectu dei.ergo.

¶Contra arguit Scotus probando q eſſentia angeli nō ſit ei rō cognoſcendi deū cognitione naturali. ſi angelus per eēntiā ſuā cognoſceret ſic deū: ſeqret q diſcurreret. quod eſt contra te.ergo. pbatur antecedens. per differentiā que eſt inter imaginē repreſentātem vt cognita eſt et illam que nō eſt cognita: ſicut eſt ſpecies viſibilis in oculo: nam imago non cognita repreſentat obiectuʒ immediate abſq₃ diſcurſu: vt cognita vero cum diſcurſu.

Scotº q.9.

¶Confirmat. Nihil pōt eē rō cognoſcēdi aliqd obiectū niſi illd includat virtual'r: ſʒ eēntia āgeli nō includit ſic diuinā eſſentiā.ergo.

¶Reſpōdeo. negat antecedens. ad pbationeʒ negat ɔſequentia. q₂ ad diſcurſum proprie dictum nō ſufficit q vnum cognoſcibile cognoſcatur per aliud: ſed requiritur q prius duratione vnū cognoſcatur q̄ aliud: et q notitia vnius ſteterit cum neſcientia alterius. prima parte.q.58.arti.3. de veri.q.8.arti.15.

¶Ad cōfirmationē.dico pº q cognitio alicuiº diſticta eſt duplex. pfecta: ⁊ ſic totū cōcedit: ſʒ non eſt ɔtra nos: q₂ nō dicimus: q angelus p eſſentiā ſuā cognoſcat diſticte eſſentiā diuinā. ſcda ē notitia imperfecta ſub aliqua tamen ratione propria diſtincte indicanſ

Cognitio diſtincta duplex

te eſſentiā obiecti: et de hac notitia negatur maioꝛ.

¶ Dico ſcdo. ſimpl'r negādo maiorē: qꝛ ſpeculū non ɔtinet virtual'r hoīem in ſpeculo apparentē: nec ſpēs in memoꝛia reſeruata reſpectu auri: cōtinet virtual'r aurū: q̄bus tñ illa cognoſcuntur.

¶ Sciēdū ꝙ impoſſi'e eſt ponere aliquā ſpēm creatā ꝑfecte diuinā eſſentiā repñtātē. de ver. q. 18. ar. 1. lʒ aūt raptꝰ poſt diuinā viſionē habeat penes ſe aliquas ſpēs q̄bus recoꝛdari p̄t de obꝫto viſo ſub aliqua rōne diſtincta: tñ illa notitia nō eſt viſio dei ꝑ eſſentiā. ſʒ cognitio eius quantū ad aliquas ꝑfectiones attributales ⁊ potiꝰ an eſt q̄ꝫ qd eſt. 1. p. q. 12. ar. 9. ad. 2. et de veri. q. 8. ar. 5. ad. 5. et. 6.

De recoꝛdatiōe pꝰ diuinā viſionē

¶ Ex qbꝰ pꝫ ꝙ Paulꝰ potius ⁊ diſtinctiꝰ recoꝛdabat' de rebus viſis in verbo q̄ꝫ de ipſo verbo: lʒ nō negemus eſſe poſſi'e aliquā ɔfuſam vel imperfectā recoꝛdationē obiecti: qua potius recoꝛdat': qꝛ erat q̄ꝫ quid erat.

**Cōcl'o. vij.** Angeli ꝑ eādē ſpēm itelligūt plures q̇ditates: ⁊ quāto angelus eſt ſupioꝛ: tanto ꝑ ſpecies pauciores ⁊ vl'iores itelligit. Hāc ponit. s. Tho. 1. p. q. 55. ar. 3.

¶ Huiꝰ rō eſt. Oīs itell'ꝰ q̄ꝫto ē p̄° intellectui ſil'ioꝛ: tāto eſt vnitioꝛ ⁊ ſimplicioꝛ: ⁊ per pauciora intelligit totū ens itelligibile: ſed angeli quāto ſunt ſupioꝛes tanto ſunt p̄° intellectui ſimilioꝛes. igitur.

Scotꝰ ꝫ q. 10.

¶ Cōtra primā partē ɔcl'onis arguit Scotꝰ. Quicqd eſt rō diſtincte cognoſcēdi plura hʒ vnū obiectū in quo ꝑfecte includunt' illa plura. Sed illa vna rō nō eſt vnū obiectū includēs virtualiter oēs alias q̇ditates ſm ſuā cognoſcibilitatē: ergo maioꝛ ꝓbat'. Tum a ſimili: qꝛ eſſentia diuina ideo repñtat infinita q̄ eſt vnius primi obiecti. Tum qꝛ obiectū eſt menſura cognitionis et eſt ei adequatum: ergo vnum omnia cognoſcibilia virtute continens.

¶ Rñdeo. negat' maioꝛ. Hoc. n. nō eſt neceſſariū niſi vbi talis ſpecies vel ratio cognoſcēdi cauſat' ab obiecto: ſicut cū ſpēs itelligibilis hominis repꝛeſentat multa. Sec' eſt de rōne vel ſpecie q̄ nullo mō dependet ab obiecto: ſed eſt cā obiecti: vt pꝫ in foꝛmis artis. Vel ē cāta a cā ſui obti: vt pꝫ i ꝓpoſito: vl' eſt ɔficta ꝑ intellectū vl' imaginationē: vt pꝫ de ſpē mōtis aurei.

¶ Ad primā ꝓbationē dr' ꝙ eēntia diuina nō includit oīa cognoſcibilia per eā virtual'r. ſicut pꝫ de negationibꝰ: ꝑuatiōibꝰ ⁊ defectibus. Et dato ꝙ includeret: nō eſt rō cognoſcēdi illa: qꝛ ɔtinet: ſed accidit. Nā eadem ſpecies eſt rō cognoſcendi habitū ⁊ ꝑuationē: nec coꝛrñdet ſibi vnū obiectū primū ⁊ adequatū continens illa duo.

¶ Ad ſcdā negat' añs. Hoc. n. nō ē verū niſi vbi tal' rō cātur ab obiecto. p̄ma pte. q. 14. ar. 8. ad tertiū.

¶ Scdo arguit. Angelus non pōt hr̄e vnū actū adeq̄tū repñtantem plures q̇ditates: quarū vna eſt rō q̄ nec vna ſpē pōt ſimul plures q̇ditates itelligere. ɔñia ꝓbat': quia vna rō hʒ vnā ſpēm adeq̄tā. añs ꝓbat': qꝛ ille actꝰ nec intēſiue erit adequatꝰ qꝛ ei cōtineret virtual'r actus intelligēdi aliarū q̇d tatū: qd̄ eſſe non pōt. nec extenſiue: qꝛ tunc poſſet ſimul actu intelligere oēs q̇ditates. qd̄ nō eſt verum.

¶ Rñdeo. negat' añs ⁊ eius ꝓbatio. Nā. s. Tho. vbicūq̄ꝫ loquit' de iſta materia tʒ ꝙ angelus pōt ſi' intelligere oīa q̄ ꝑ vnā ſpēm pñt intelligi. de veri. q. 8. arti. 14. ⁊ prima parte. q. 58. arti. 2.

¶ His pariter rñdetur ad tria obiecta Aureoli cōtra ſcdam partē concluſionis.

Ad replicam Durandi.

¶ Sciēdū pro reſpōſione ad quādam replicā Durandi contra pꝛedicta ꝙ ſpecies intellectus angelici q̄ꝫuis ſit vna realiter eſt de facto pꝛopꝛia ratio plurium realiter et ſpecifice vl' numeraliter diſtinctoꝝ inadeq̄ta cuilibet eoꝝ ⁊ excedēs. eſt aūt vt vna re ⁊ plures ratione nō in actu ſʒ in virtute in q̄ꝫtū equipollet pluribꝰ rationibꝰ repꝛeſentatiuis in repꝛeſentādo.



¶ Sciendū quoq̄ꝫ ꝙ magis pꝛopꝛie diceret' ꝙ diuina eſſentia eſt magis rō ꝓpꝛioꝝ diuerſarū rerū: q̄ꝫ dicat' eſſe ꝓpꝛia ratio diuerſoꝝ. Idem dico de ſpeciebus que ſunt in intellectu angelico.

Aureolus.

¶ Contra arguit q̄rto Aureolus. Si tua rō valeret: ſequit' ꝙ eēt factibilis vnus angelꝰ: qui per vnā ſpēm oīa intelligeret: aut ꝑ eēntiā ſuā. hoc eſt falſū. q̄ ſcda pſ ue cō cluſionis eſt falſa. ꝓbat' añs. Nā ſi ſupꝛemus angelꝰ intelligat per duas ſpēs ⁊ fiat aliꝰ ſuperioꝛ itelliget per vnā: ⁊ ſi fiat iterū aliꝰ intelliget per eſſentiam ſuam.

¶ Rñdeo. negatur añs. qꝛ creato angelo ſupioꝛe in duplo vel in triplo nō opʒ ꝙ oīa a ſe natural'r intelligibilia intelligat per ſpeciem vnicā. Tū qꝛ ſe ꝑ eſſentiā ſuā cognoſcet: reliqua per ſpeciē. Tū qꝛ ſi ſit angelus oīa intelligēs natural'r per eſſentiā ſuā ⁊ vnā ſpeciē: creatꝰ ſupioꝛ nō itelliget ſine ſpē ſʒ intelliget plura ſub pluribꝰ rationibꝰ vel plures q̇ditates creabiles a deo: ſicut in viſione beatifica. Pluralitas. n. cognoſcibiliū eſt duplex. Quedā ſpecierum ſpecialiſſimarū vel indiuiduoꝝ. Alia eſt pluralitas rationū ⁊ cōceptuū de eadē quiditate cognoſcibiliū ⁊ per eandē ſpeciē intelligibilē. de veri. q. 8. ar. 10. ad ſecūdū. itē arti. 4. eiuſdē. q. ad primū.

**Cōcl'o. viij.** Intellectꝰ angelicus per eādē foꝛmā intelligibilē intelligit naturā cōmunē ſpeciei: ⁊ oīa eiꝰ indiuidua vel ſingularia. Hāc ponit. s. Tho. vbi. s̄. q. 57. arti. 2.

Huiꝰ rō eſt. Foꝛma intelligibilis repſentās actu ꝑfecte ea q̄ ꝑtinēt ad naturā ſpecificā rei ⁊ ad indiuiduationis pꝛincipia: eſt ſufficiens pꝛincipium cognitionis rei in vl'i ⁊ in ſingulari. Sʒ foꝛme ſeu ſpēs intell'ꝰ āgelici ſunt hmōi. q̄.

Sco. in 2. diſ. 9. q. 2.

¶ Contra arguit Sco. Id qd̄ addit aliquā entitatē ſup vl'e nō eſt cognoſcibile ꝑ vl'e. Sʒ indiuiduū vl' ſingulare eſt hmōi: ergo nō eſt cognoſcibile per ſpeciē vl'ē. p̄ma pꝛobat': qꝛ vnūquodq̄ꝫ ita ſe hʒ ad eſſe ſicut ad cognoſci. 2. meta.

Tex. 4.

¶ Rñdeo. maioꝛ eſt v'a de vniuerſali abſtracto a cōditionibꝰ indiuiduātibꝰ. ſpēs aūt angelica repſentat nō ſolū naturā vl'ē: immo ⁊ ea q̄ accidūt ſpēi ⁊ indiuiduū et ei accidētia. de veri. q. 8. ar. 11.

¶ Scdo ſequit' ꝙ ratio repſentās menti angelice ſit infinite ꝑfecta: qd̄ eſt incōueniens: ergo ꝓbat' ſequella. Nā pōt repꝛeſentare infinita. Ubi vero pluralitas numeralis cōcludit maioꝛē perfectionē infinitas numeralis concludit infinitam perfectionem.

¶ Rñdeo. Non eſt incōueniēs: qꝛ nō eſt ifinita ſimpl'r: ſʒ quodāmō in repꝛeſentādo. de veri. q. 20. ar. 4. itē. 3. parte. q. 12. ar. 1.

¶ Tertio. ratio repſentās vniformis in ſe ⁊ in intellectu nihil repſentat diffoꝛmiter: immo nec idee diuine qꝛ natural'r repꝛeſentāt: q̄ rō angelica aut ſimul repꝛeſentat oppoſita naturaliter q̄ꝫtū ad exiſtentiā ſingularis vel alterū hoꝝ. Si primū: ergo ſemꝑ vtrūq̄ꝫ repꝛeſentabit: ergo nunq̄ꝫ angelꝰ alterum eoꝝ determinate ſciet. Si ſecundū: ergo nunq̄ꝫ repꝛeſentabit aliud oppoſitū nec ꝑ illā cog̊ſcet.

¶ Rñdeo. ſpēs angelica q̄ꝫtū in ſe eſt repſentat vniformiter ſʒ diffoꝛmiter in diuerſis tēpoꝛibꝰ: nō aūt ſimul. ſicut. n. repñtat ipm ſingulare dū eſt pñs: nō aūt futurū. ita oppoſitas cōditiones ſingularis nō ſimul ſed ſucceſſiue. de veri. q. 8. arti. 12. ad octauū. ⁊. 9. ad q̇ntū.

¶ Dico quoq̄ꝫ ꝙ argumētū ſupponit vel ꝙ intellectꝰ angelicꝰ intelligit cōponēdo ⁊ diuidēdo: vel ꝙ ſpecies angelica ſit ꝑ modū enūciationis repſentatiua qd̄ nega=

mus:ſ3 per modũ ſimplicis intui
tionis ad modũ ſpeculi in q̃ videt̃
ſocrates modo ſedẽs mõ ſtans.
¶ Quarto. Sequeretur ꝙ ſtatim
quodlibet ſingulare exiſtẽs eſſet
notũ naturaliter angelo: neq̈ di=
ſtantia localis impediret: qđ eſt
cõtra multos ac preſertiꝫ Augu.
de cura pro mortuis agenda.
¶ Rñdeo. cõcedit̃ ꝯña: neq̈ diſtã=
tia localis impedit. ꝛ dictũ Aug.
de aĩa ſepata ĩtelligit̃ ñ de ãgelo.
¶ Ultimo arguit. ſequeret̃ ꝙ an=
gelus actu ſimul intelligeret infi
nita. quod eſt inconueniens. Nã
ſi maioris virtutis eſt ſimul intel
ligere plura diſparata diſtincte:
ergo infinite infinita.
¶ Rñdeo. nõ opꝫ ꝙ angel⁹ ſimul
intelligat oĩa que per eãdẽ ſpeciẽ
pñt intelligi niſi ſint ſimul actu.
Modo. q̃uis ſpecies angelica ex=
tẽdat ſe ad infinita in potẽtia: il=
la tñ ſimul nũq̃ actu ĩtelligeret.
q2 nec actu ſimul erũt. Si tñ infi=
nita ſimul eſſent: nõ eſſet incõue=
niens ꝙ ea ſimul vnico actu ĩtelli
geret ꝛ vnica ſpecie cum finita tñ
efficacia ꝛ limpiditate. ꝛ ideo tam
act⁹ q̃ ſpẽs eẽnt ſolũ ĩfinita ſꝫ q̃d.
Aureolus. ¶ Contra eãdẽ ꝯcluſionẽ arguit
Aureolus probãdo ꝙ angelus nõ
ĩtelligit ſingulare ſignatũ: ſignã=
do ipſuꝫ p̃° ſicut ſe hꝫ intẽtio app̃
henſa ad intentionẽ: ita potentia
apprehẽſiua ad potẽtiã. Sed in=
tentiones vl'is ꝛ ſingularis dr̃nt:
ḡ diuerſis potẽtĳs app̃hẽdunt̃. ſ.
intell'u ꝛ ſenſu quẽ angel⁹ nõ hꝫ.
¶ Hanc dicit eſſe rõnẽ Auer. 3. de
aĩa. cõ. 22. ꝛ. 23. ꝛ dicit eã ꝯcludere
de oĩ intellectu creato ꝛ increato.
¶ Rñdeo. cum falſum ſit ꝙ deus
nõ intelliget ſingularia: ratio eſt
ſophiſtica: ideo negat̃ ſimilitudo:
alias nulla potẽtia apprehẽſiua
cognoſcere poſſet duo realiter di
ſtincta. ſed ſi maior intelligatur
debite. ſ. ꝙ diſtinctio obiectoꝝ in
ratiõe obiecti arguit diuerſitatẽ
potẽtiarũ: tũc dicit̃ ꝙ vl'e ꝛ parti=
ticulare ad hominẽ relata exigũt
diuerſas potẽtias cognitiuas: nõ
aũt relata ad cognitionẽ angeli
vel dei. Tũ q2 in cõparatione ad
hominem obiectũ ſe habet vt mo
uens: non aũt in cõparatione ad
angelũ ꝛ deũ. Tũ q2 ĩtell's ãgeli ꝛ
eſt ꝑ quā ſpūſſanct⁹ habitat i no=
bis ꝛ cōiūgit nos fini: qui totius
create nature ꝓportionē excedit.

## ¶ Diſtictio. xxix.

Circa. 29. diſ. qritur. Utrū homo in ſta=
tu innocentie abſꝗ ſpeciali dei auxilio
fuerit ſufficiens ad agendum aliquem
actum moraliter bonum?

**Cōclo. i.** Primus homo fuit creatus in
gratia gratū faciente. 1. parte. q.
95. arti. primo.

**Cōclo. ij.** Primo homo in ſtatu inno=
cētie nō potuit ſine ſpāli dei auxi
lio agere actū moraliter bonū: ſꝫ
omnē circūſtantiā neceſſariā tali
actui. ꝑma ſcḋe. q. 109. ar. 23. ꝛ. 4.
ꝛ. 6. ꝛ de veri. q. 24. ar. 14. Et cuꝫ
dicit ibi ꝙ nō indigebat grā ha=
bituali ad bene moralr agēdū: ſꝫ
tm̄ ſpeciali auxilio dei hoc intelli
git de gratia habituali diſtincta
a iuſtitia originali ꝛ non ꝙ nuda



nō eis ſufficeret ad talia.

¶ Cōtra ſcḋam ꝯclōnē arguit ſic
a Grego. Primo hoc ē ꝯ Auguſtinū
i hiponoſticon rñſione tertia.

¶ Rñdeo. Ibi intendit Auguſt. ꝙ
alij hoīes idigēt duplici auxilio. ſ.
motiōe dei ſpāli ꝛ grā habituali:
nō aūt prim⁹ hō: qꝛ nō indigebat
alio dono habituali vltra id ꝙ ha
bebat a ſui creatione: ceteri vero
homines poſt ſui creationē indi=
gent duobus nunc dictis:

¶ Scḋo. Adā ſtante gñali influē=
tia dei aut potuit ſeruare manda
tum: ꝛ ſic habetur propoſituꝫ: aut
nō: ꝛ ſic nō peccauit.

¶ Rñdeo. Qꝺ non ſine ſpāli auxi
lio. Ad ꝓbōnē dꝛ eſt duplex impo
tentia. vna ex impꝼectiōe potētie
opatiue: ꝛ talis excuſat. alia ex nō
ꝯcurſu cauſe ſupioris cū ſcḋa. ꝛ ta
lis nō excuſat qñ cā ſcḋa ꝑſtat im
pedimentū cōcurſui cauſe ꝑme. ꝛ
ita fecit Adā ꝛ angelus malus.

¶ Tertio. homo pōt habere pꝼe=
ctam cognitionē ꝛ volitionē ſine
ſpeciali dei auxilio. ergo ꝛc. proba
tur añs. pōt cognoſcere deuꝫ eſſe
ſumme honorandum. ergo aut ſi
ne auxilio ꝛ ſic habem⁹ ꝓpoſitū:
aut nō ſine auxilio: ꝛ ſic de ſe ha=
bebit ignorantiam inuincibilem
reſpectu huius ꝛ nō peccabit hoc
omittendo. Item ſi homo nō poſ
ſet ſine auxilio: ſequit ꝙ hō nō eēt
conſiliari⁹ cum cōſilium nō ſit de
impoſſibili. Scḋa pars ꝑncipalis
añtis probat. ſi hō nō poſſet ſine
ſpāli auxilio elicere circa deū actū
dilectionis bonū moralr: talis a=
ctus eſſet ſupra facultatē hūane
nāe: cui⁹ oppoſitū habetur Deu
teronomi. 30. cap.

¶ Item. Habita notitia ꝙ deus
eſt ſumme amādus aut voluntas
elicit actum bonū: ꝛ ſic habet pro
poſitum. aut malū: ꝛ ſic omittere
illū actū amādi eēt bonū: qꝛ ceſſa
re a malo hꝫ rōnem boni.

¶ Rñdeo. Negatur antecedens.
Ad probationē dico ꝙ nō pōt de
ſe. Ad improbationē dico ꝙ igno
rantia / ſi dicat inuincibilis ſine
adiutorio ſpeciali dei: ſic negatur
falſitas conſequentis.

Ad iprobōnē q̄ dꝛ ꝙ talis igno=
rātia nō imputat homini: dico ꝙ
hoc eſt intelligendū de ignorātia
que nō eſt peccatū aut pena pec=
cati: talis aūt eſt iſta.

Ad aliam probationē negatur
cōſequētia: qꝛ homo lꝫ nō habeat
ex ſe ſed a deo animā ꝛ alia ꝑ que
pōt cōſiliari: eſt tñ in potentia ad
cōſilium quid ꝛ queadmoduꝫ ſm
oēs circūſtātias requiſitas ad bo
nitatē actus moralē agendū eſt.

Ad probationē ſecunde partis
antecedentis cōceditur ꝙ nō ſuffi
cit facultas humane nature ex ſe:
nec oppoſitū dicit ſcriptura: ſꝫ nō
excedit facultatē. i. nō repugnat:
non quod cum auxilio dei eliciat
talem actum.

Ad ſecundā eiuſdem dico ꝙ vo
luntas non adiuta ſpeciali auxi=
lio dei eliceret actum malum mo
raliter: qꝛ. ſ. non diligeret eū pro=
pter deū vel ſuper omnia: ſed pro
pter ſeipſum. Ad probationē ne=
gatur conſequentia: ſicut non va
let quando quis dat elemoſinam
indigenti propter vanam glo=
riam: ille actus eſt culpabilis. er=
go ceſſare ab illo actu eſt lauda=
bile. nec hoc fauet manicheo:
qꝛ ipſe volebat quod natura hu=
mana ꝑ omni ſtatu ſuo ſemꝑ fuit
determinata ad malū: ita vt non
poſſet vitare peccatū: ꝛ ꝙ hoc poſ
ſet ſibi nō ex vitio ꝯcto: ſed ex ipā
natura quadā ꝛ ſubſtantia mate=
riali ex qua dicebat naturam hu=
manā eſſentialiter eſſe cōpoſitā.

¶ Quarto. Ad faciendū bonum
actū moralr ſufficit potētia finita
cū ipſe act⁹ nō ſit infinitus. ergo non
requirit ſpeciale adiutoriū dei.

¶ Reſpōdeo. Quod ſufficit potē=
tia finita in cauſa proxima eliciti
ua illius actus: ſed requiritur mo
tio a priori cauſa infinita.

## ¶ Diſtictio. xxx.

CIrca.30.diſtinctionē queritur. Utrum defectus quos ſentimus in nobis ſint pena pro peccato Ade?

**Cōcl'o. j.** Mors ⁊ alij defectꝰ corporales ⁊ ſpūales vno modo ſunt pena et effectꝰ pcti: et alio mō ſunt nālēs homini. Pria ps ꝓbaꝭ. pma ſcđe. q.85. ar.5. Quia primū pctm̄ Ade remouit iuſtitiā originalē ꝓhibētē oēs defectꝰ cōſequētes naturā humanā tā ex parte anime ꝙ̄ ex parte corporis: ꝗ ⁊c. Scđa pars ꝓbaꝭ vbi ſupra. ar.6. ⁊ ſcđa ſcđe. q.163. ar.1. ad primū: ⁊.2. ſen. diſ.30. q.1. arti.1. Cuius ratio eſt. qꝛ illud eſt naturale alicui in ſe conſiderato quod ex principijs nature ſue non impeditis cauſaꝭ: ſed mors ⁊ huiuſmodi defectꝰ nati ſunt cauſari ex principijs humane nature non impeditis: ergo ⁊c.

Durā. l.30. di. 2. q.1. ❡ Cōtra ſecūdā partē arguit Durandus ꝙ homo nō ſit corruptibilis naturaliter eo ꝙ elemēta agāt adinuicē. Primo actio elemētorū nō eſt ratione ſuarū qualitatum cōtrariarū cū tales nō remaneāt in mixto: cū cōtraria nō ſint in eodē: nec vna qualitas agit in aliā ergo non cōtrariā. Puta calidum in humidū: qꝛ aut ageret in ipſuʒ vt in contrarium: ⁊ hoc non qꝛ nō ſunt ꝯtraria. Aut vt in ſubiectū ⁊ hoc nō. Tū qꝛ humidū nō eſt ſbm calidi. Tū qꝛ idē nō eſt rō agendi actione vniuoca ſuo ſubiecto: qꝛ ſubiectū eſſet in actu ex eo ꝙ habet talē formā: ⁊ in potentia ex eo ꝙ forma illi ſimilis in eo cauſaretur. Tum qꝛ nullū agēs corrūpit ſubiectuʒ in qđ agit niſi per accidens corrūpatur aliquid quod requirebatur ad ſubiectā exiſtētiā: ſed calidū non corrumpit aliquid ſine quo non poſſit eſſe humidū.

❡ Rñdeo. ꝙ in mixto remanēt elemēta virtualr. ſ. ꝙ̄tū ad qualitates ſuas: ⁊ ſic vna qualitas agit in aliā ſibi cōtrariā ⁊ etiā in nō contrariā. Ad probationē negaꝭ antecedēs. qꝛ due qualitates cōtrarie poſſunt eſſe in eodeʒ ſubiecto adequato: vt patet de malo. q.5. ar.5. ad ſextū. ⁊.4. ſen. di.44. q.1. ar.1. q.1. ad quartū. De veritate. q.8. ar.14. ⁊ hoc intelligiꝭ ꝙ remanent in eſſe remiſſo: ⁊ ſic in mixto ſunt qualitates ꝯtrarie: ex quarū actiōe pōt ſequi corruptio mixti. ſʒ ex regulatione per formā ſubſtantialem impeditur per tēpus corruptio mixti.

❡ Ad primam probationē ꝙ vna qualitas nō agat in aliā ſibi non contrariam dicitur ꝙ agit in eam tanꝙ̄ in ſubiectum: non ſic intelligiꝭ ꝙ caliditas ſit ſubiectiue in humiditate: ſed ꝙ idem ſubiectū eſt calidum ⁊ humidum.

❡ Ad ſecūdā negaꝭ cōſequentia. qꝛ calor nō ſolū agit actione vniuoca. ſcʒ cauſando calorē: ſed etiā equiuoce: vt puta rarefaciendo. ⁊ iō nō eſt incōueniēs ſi agit in propriū ſubiectū vt inſtrumētū alicuius forme ſubſtantialis extrinſece vel etiā intrinſece ipſi mixto. vt patet in mixtis viuentibꝰ in quibus calor vt inſtrumentū anime vegetatiue agit per totū corpus.

❡ Ad tertiam negatur minor. qꝛ calor conſumit humiditatem proprij ſubiecti inꝙ̄tum corripit denſitatem quā requirit humiditas ⁊ cauſat in eo raritatē illi incompoſſibilē. Ad quā raritatē ſequitur exhalatio humidi in toto vel in parte extra mixtum ⁊ ex conſequenti corruptio.

❡ Secundo. In mixto nō eſt principium actiuū ſue corruptionis: ergo non corrumpitur ex actione qualitatis elementaris. añs probatur. qꝛ corrūpiꝭ tm̄ a ꝯtinēte.

❡ Rñdeo. negaꝭ añs. Quia in oī qđ corrūpiꝭ eſt principiū actiuuʒ tanꝙ̄ qđ aut tanꝙ̄ quo: lʒ concurrat agens extrinſecū ſiue ſit celuʒ ſiue locus ꝯtinēs vel aliꝗd aliud: quod intendit vnam qualitatem mixti ⁊ remittit aliam: ⁊ qualitas illa intenta eſt principiū actiuum quo deſtructionis alterius qualitatis ⁊ ex ꝯñti ſbā: vt dicit Albertus quarto meteororū tractatu pͥmo ca.4. dicēs ꝙ calor inquātuʒ calor alterat: diſſoluit ⁊ ꝯgregat homogenea ⁊ diſgregat etherogenea: ⁊ calor inquantū eſt nālis hʒ virtutē formatiuā nature cuiꝰ eſt naturalis inquātū in eo ē virtus celi ⁊ motorū celeſtiū ⁊ forme illius nāe ꝙ̄ forma: vt ptʒ ī calore ſeminis qui figurat organa ⁊ ordinat membra. Et calor vt calor ꝯnaturalis ſimul digerit humidū ⁊ cōmiſcit ſicco: vt ſit ꝓportionatū forme mixti huius vel illiꝰ. nō enim hoc facit ſolū vt calor: qꝛ ſic reſolueret totū humidū: ſʒ inꝙ̄tū eſt etiā naturalis.

**Cōcl'o. ij.** Aliꝗ defectus in nos ꝑ originem venientes hn̄t rōnem culpe 2. ſen. di.30. ar.1. q.1. pma ſcđe. qō. 81. ar.1. de ma. q.4. ar.1.

Duran. ħ. qō. 2. ar.2. ❡ Contra arguit Durandus. Id qđ hʒ ꝓprie rōnē culpe eſt directe voluntariū: ſʒ id qđ cōtrahimus per originem nō eſt directe a nobis voluntarium. ergo.

❡ Rñdeo. ꝙ pctm̄ originale nō hʒ ⁊ ſtricte rōnē culpe: qꝛ nō eſt volūtarium volūtate ꝓpria nec directe volūtate aliena ſʒ ſolū indirecte. de malo. q.4. artic.1. ſcđo ſen. di.33. q.2. ar.1. ad ſcđm. Ex quibꝰ patet ꝙ peccatū originale minimum hʒ de voluntario. Scđo qđ peccatū diciꝭ equoce de originali ⁊ actuali. Tum qꝛ alia pctā cōſiſtūt in deordinatiōe actꝰ vl' omiſſionis. hoc aūt in deordinatione nāe. Tū qꝛ alia pctā ſunt volūtaria volūtate ꝓprij ſuppoſiti ī ꝗ ſūt. hoc aūt volūtate nāe ⁊ alieni ſuppoſiti. Tū qꝛ alia hn̄t rōnē culpe ex relatiōe ī ordīatiōis ī eis repte ad ꝓpriū ſbm. hoc aūt nō hʒ rationem culpe niſi ex relatione ad naturam vel ad ſuppoſitū extrinſecum. ſ. Adam.

❡ Scđo. Id qđ eſt proprie culpa eſt cōmiſſio vel omiſſio voluntaria. 3. de libero arbitrio. ca.4. ſed originale nō eſt huiuſmodi. ergo.

❡ Rñdeo. Maior eſt vera de alijs peccatis: ſed nō de originali cum peccatū dicatur equiuoce de eis. ⁊ ſic argumentū non ſequitur.

**Cōcl'o. iij.** Peccatū originale nō pōt dici ꝓprie habitꝰ poſitiuꝰ per modū qualitatis aut alicuius forme abſolute inclinatiuus ad malos actus. prima ſcđe. q.82. ar.1. Huiꝰ ratio: qꝛ peccatū originale eſt quedā habitudo aut ordo ad volūtatē primi parētis cū negatione habitꝰ poſitiui. ſ. iuſtitie originalis: ergo non eſt proprie actus.

❡ Contra arguit Grego. 1. Originale eſt cōcupiſcētia qua hō inclinaꝭ ad actualiter ꝯcupiſcēdū: ergo eſt habitꝰ. añs eſt Auguſtini ī libro de nuptijs ⁊ cōtra Julianū. lib.6. ca.28. ⁊ pͦ retractationū. c.15. ⁊ in multis alijs locis: ergo ⁊c. Greg. ħ ar.2.

❡ Rñdeo. ꝙ Auguſtinꝰ ſumit cōcupiſcētiā nō pro potētia cōcupiſcibili nec ꝓ aliquo actu eius: nec ꝓ aliquo habitu poſitiuo de gn̄e qualitatis. ſʒ pro quadā habitudine ad inordinate ꝯcupiſcendū. de malo. q.4. art.2. Ex quo ptʒ ꝙ cōcupiſcētia nō dicit id qđ eſt formale in peccato originali. ſʒ id qđ eſt māle: ⁊ ꝙ talis ꝯcupiſcētia nō eſt aliud ꝙ̄ ꝓnitas inferiorū viriū ad rebellādū rōni. vbi. ſ. ad.8.

❡ Et ſi dicaꝭ ꝙ Augu. dicit pctm̄ originale eſſe ꝯcupiſcētiā que eſt q̄litas. Rñdeꝭ ꝙ Aug. accipit q̄litatē pro omni eo qđ denominat aliud ſiue ſit poſitiuū ſiue ſit ꝓuatiuū. hʒ em̄ et multa alia noīa: vt pʒ. 2. ſen. di.30. in expoſitione lr̄e.

❡ Ex his pʒ ꝙ cū originale nō ſit habitꝰ diſpoſitiuꝰ nō opʒ querere cām ꝓductiuā talis qualitatis. ⁊ ſi qñ Aug. dicat ꝙ eſt cāta a diabolo dꝛ ꝙ intēdit diabolū fuiſſe cauſam infectionis carnis peccatorū parētū per modū remouētis pro=

hibēs: inꝗtū cōſuluit eis peccatū
ꝙ abſtulit iuſtitiā originalē ꝓhi-
bentē huiuſmodi cōcupiſcentiā.

**Cōcl'o. iiij.** In peccato
originali eſt
aliquid quaſi materiale. ſ. cōcupi
ſcētia habitualis: ⁊ aliquid quaſi
formale. ſ. ꝑuatio iuſtitie origina-
lis. prima ſcōe. q. 82. ar. 3. ⁊. 2. ſen.
di. 30. ar. 3. Et talis cōcupiſcentia
non dicit niſi habilitatē ad actus
inordinatos iuriū inferioꝝ ⁊ quē
dam reſpectū vel habitudinē vel
forte negōnē et nō aliqd poſitiuū
abſolutū. 2. ſen. vbi. ſ. ad primū. ⁊
ad hāc ꝯcupiſcētiā ꝑtinet ēt inor-
dinatio virtutis cogitatiue: ⁊ etiā
intell'ſ. ꝑma ſcōe. q. 82. art. 3. ad. 3.
Et ſic inordinatio volūtatis ē q̄ſi
formale in iſto peccato: ⁊ iordina
tio aliaꝝ viriū quaꝝ eſt extēdere i
ea q̄ ſunt ad finē eſt quaſi mãle.

Duran dus. h.

¶ Cōtra arguit Durā. peccatum
originale fuit volūtariū: ſꝫ nō niſi
ex eo qͦ incurrit indignitatē ha-
bēdi iuſtitiā originalē. ḡ talis in-
dignitas ſiue debitū quo dꝫ ea ca
rere eſt formale in hoc peccato.

¶ Rñdeo. Primo dicit̄ ꝙ peccatū
originale nō eſt ſolū carētia: ſꝫ pri
uatio iuſtitie quā homo debebat
habere in ſe ⁊ Adam debebat eā
tranſfundere in poſteros.

¶ Scōo dr̄ ꝙ illud peccatū fuit vo
luntariū ex eo ꝙ Adā elegit aliqd
cui erat incōpoſſibilis iuſtitia ori
ginalis: ⁊ ex hoc incurrit indigni
tatem habendi eam.

¶ Dicit̄ tertio ꝙ in pctō originali:
pͦ eſt rō defect9. Scōo eſt rō mali
qꝛ eſt ibi defectus boni debiti et
apti i eē. Tertio rō peccati: qꝛ ille
defect9 deordinat a fine effectiue
⁊ formal'r. Quarto rō culpe: qꝛ ta
lis defect9 eſt volūtarius eo mō q̄
dcm̄ eſt. Quinto rō meriti ⁊ deme
riti dignitatis ⁊ idignitatis: et ſic
pꝫ minorē eē falſaꝫ. carētia aūt ta
lis iuſtitie originalis ē a deo tāq̄
a nō īfluētē eā: ⁊ aīa hūana tāq̄ a
ponēte obſtaculū vel ſaltꝫ a ꝑnci
pio nāe. ſ. Adā: ⁊ ſi dicat̄ ꝙ itelligi
mus pueros ꝑmo eē idignos hr̄e
iuſtitiā originalē q̄ ꝙ ea careāt. ḡ
talis indignitas precedit.

¶ Rñdet̄ ꝙ duplex eſt indignitas
q̄dā eſt negatiua. i. nō dignitas: ⁊
talis ꝑcedit: ſꝫ nō eſt meritum nec
demeritū: qꝛ ēt lapis hoc mō nō ē
dign9. alia eſt idignitas ꝑuatiua:
⁊ talis nō ꝑcedit i puulo: nec i nāe
ꝓut eſt in illo. ſed ꝑceſſit in ꝑnci-
pio nāe. ſ. in Adā q̄ meruit ea ꝑua
ri in ſe ⁊ in poſteris ſuis: ⁊ illa ca-
rentia cū rel'one ad cām ꝓximā. ſ.
peccatū. Ade eſt peccatū. i. ꝓut eſt
volita ab Adam.

¶ Poſſet ēt dici ꝙ de rōne pecca-
ti originalis ſunt tria. Primuꝫ eſt
habitualis cōcupiſcētia. Scōꝫ eſt
carētia originalis iuſtitie debite i
eē. Tertiū eſt ꝙ iſta duo cāta ſint
ex idignitate ꝑmi parētꝭ ꝑ motio-
nē gñatōis ſit̄ cū natura trāſfuſa.

¶ Scōo pctm̄ originale nō ē act9
trāſfuſus ab Adā i nos: cū hoc ſit
impoſſ'e. ḡ eſt pena cū reatu: qꝛ tm̄
hoc tranſfuſum eſt in nos.

¶ Rñdeo. Qͦ nō ſolū act9 volūta-
tis inordinat9: nec ſolū pena cum
reatu fuerūt pctm̄ in Adā: ſed ēt
pena cū rel'one ad actū iordinatū
vt effect9 ad cāꝫ: ita ꝙ reat9 nō ſuf
ficit ad ꝯſtituēdū peccatū origina
le: nec pena cum reatu niſi ex rela
tione eoꝝ ad pctm̄ actuale Ade: ⁊
iō ſil'r pctm̄ origiāle in paruulo ē
pena cū rel'one ad illud peccatuꝫ.
prima ſecūde. q. 82. ar. 4. ⁊. 2. ſen.
diſt. 31. q. 1. articu. primo.

## ¶ Diſtīctio. xxxi.

Frater Iſidor9 mi'lenſis.

Circa di. 31. queritur.
Utrum peccatū ori-
ginale ſit ſubiectiue
in carne?

**Pro** q̄one ſit pri
ma conclo.
Caro nō eſt ſbtum peccati origīa
lis ſed aīa. Hanc ꝓbat. s. Tho. pri
ma ſecunde. q. 83. arti. pͦ. Hui9 rō
eſt. Id eſt ſbm peccati originalis:
quod poteſt eſſe ſubiectum culpe.
Sed caro non poteſt eſſe ſbtum



culpe: ſed anima. ergo.

**Cōcl'o. ij.** Peccatum ori
giale prius eſt
ſubiectiue in eſſentia anime q̄ in
eius potētijs. Hāc ponit. s. Tho.
vbi ſupra. ar. 2. Ratio eſt. Anima
ſm̄ illud ſui eſt primū ſbtū pecca
ti originalis: qͦ ꝑmo attingitur
ꝑ originē vitiatā. Sed eētia aīe
eſt hmōi: ḡ ſm̄ eſſentiā ſuā ⁊ nō ſꝫ
ſui potentias. ergo.

Durandus. l. 2 di. 31. q. tertia.

¶ Contra hanc ſcōaꝫ arguit Du-
rādus pͦ. Iuſtitia originalis fuiſ
ſet in voluntate principal'r vel in
virib9 ſenſitiuis vel in vtroq;: ḡ
⁊ peccatū originale: qͦ eſt ei9 pri
uatio. pꝫ ꝯña. qꝛ priuatio ⁊ habi
tus habēt fieri circa idē. añs ꝓba
tur. Rectificatio eſt i rectificatis.
Iuſtitia vero originalis ē rectitu
do volūtatis ad deū ⁊ ad debitaꝫ
ſubiectionē viriū ſenſitiuaruꝫ ad
rōnem. Et ſic large accipit̄. Uel ē
ſola ſubiectio viriū ſenſitiuaꝝ ad
rationē: ⁊ ſic ſtricte accipit̄. ergo.

¶ Rñdeo. Iuſtitia origīalis ſemꝑ
includebat grām gratū facienteꝫ
que ſubiectiue eſt in eſſentia aīe:
vt ponit. s. Tho. dͤ malo. q. 4. ar.
ſcōo. ad ſecundum.

¶ Dico quoq; ꝙ iuſtitia origīalis
magis importabat rectitudinem
voluntatis q̄ viriū ſenſitiuaruꝫ:
vt prima ꝑte. q. 95. ar. primo.

¶ Scōo arguit cōtra rōnem. Ori-
ginale peccatū contrahit̄ ex vnio
ne anime ad corp9: ergo nō opꝫ
ꝙ prius ſit in eſſentia vnita: ſꝫ po
tius in voluntate vel potētijs ſen
ſitiuis que vnionem ſequuntur.

¶ Rñdeo. negat̄ ꝯña. qꝛ potentie
anime nō vniunt̄ carni ſꝫ eētia.
Unde ſi peccatuꝫ originale nullo
modo eſſet in eſſentia ſꝫ in poten
tia nō contraheret̄ ex vnione ad
carnem. de malo. q. 4. ar. 4. Inde
peccatū originale dicit̄ peccatum
nature: qꝛ īficit primo illud quod
ꝑtinet ad nāꝫ q̄ id qͦ pertinet ad
perſonā: ⁊ prius naturā q̄ accidē
tia nāe. de malo vbi ſupra. Quib9
tertia inſtantia ſoluitur. Durādi.

¶ Tertio arguit. ꝙ inclinat ad
actū: imediatius reſpicit potētiaꝫ
q̄ nām. ſed originale eſt hmōi. Ex
hoc em̄ ſenſus ⁊ cogitatio hoīs ꝓ
na ſunt ad malum. Ge. 8. ergo.

¶ Rñſio. Natura iclinat ad actū
pricipali9 tanq̄ qͦ potētia tanq̄
quo. s. Tho. vbi ſupra ad tertiuꝫ.
ideo falſa eſt maior.

**Conclo. iij.** Peccatum
originale
cauſat̄ in aīa virtute ſeminis in
fecti vel a carne infecta. de malo.
vbi ſupra ad ſextū ſeptimū nonuꝫ
decimū duodecimū. Itē. prima ſe
cunde. q. 81. ar. pͦ. Itē in ſcōo ſen.
di. 30. q. ꝑma. ar. 2. ad tertiū q̄rtuꝫ
⁊ q̄ntū. Ratio eſt. peccatū ꝯtractū
per originē cauſat̄ in aīa eius vir
tute qͦ trahit̄ ꝑ originē. Sꝫ ſemē
vel caro infecta eſt hmōi. ergo.

Durandus vbi ſupra. q. prima.

¶ Contra arguit Durādus. Que
cunq; ſunt ſimul ordine nāe, vnū
nō eſt prius infectū q̄ aliud. Sed
aīa ordine nāe ſimul eſt vnita ma
terie ⁊ caro eſt caro: ergo caro nō
eſt prius infecta: ⁊ per ꝯñs animā
inficere non poteſt.

¶ Rñdeo. dico pͦ. ꝙ aīa ſimul tē-
pore vnit̄ māe ⁊ caro eſt caro: nō
tñ ſimul nā: qꝛ dat prius eſſe ſub-
ſtantiam q̄ corporeum ⁊ eſſe aīal
q̄ hoīem. Unde nihil ꝓhibet car-
nem in eſſe carnis ꝑcedere aīam
rōnalem vt rōnalis eſt: ⁊ ſic prius
infici aīam rōnalē vt rōnalis eſt.

¶ Dicit̄ ſecundo ꝙ illa infectio nō
eſt per inductionē alicuius abſo-
luti poſitiui in anima: ſꝫ per ꝑua
tionē illi9 originalis iuſtitie: que
debebat eſſe i anima. ſicut imꝑfe
ctio māe eſt cauſa imꝑfectiōis for
me. Et hec infectio dꝫ potius dici
corporalis q̄ ſpiritualis. Cū quo
ſtat ꝙ in carne etiā ſit virt9 ſpiri-
tualis hñs eſſe intentionale: cau-
ſatiua peccati origīalis i anima:
ſicut in terra ē forma artis. Sub-
iectiue ꝯo talis virt9 erit in ſemīe
pr̄is nō matris neq; in carne filij.

¶ Et licꝫ aliqñ. s. Tho. al'r ſenſerit
oppoſitū: tñ tenuit i ſumma tāq̄

ꝓbabilius.ſ.ꝙ aīa cōtrahit originale peccatū a ſemine tanq̄ a cā efficiēte inſtrumētali ⁊ nō carne quā informat niſi reſultatiue ⁊ ꝑ modum ſequelle.

¶Scđo arguit. Proprietates materie nunq̄ redundāt i formā nō eductā de potētia mãe. vt eſt aīa rōnalis niſi quo ad operationē in qua cōmunicat cū corꝑe ſubiectiue vel obiectiue. ergo.

¶Rñdeo. Proprietates mãe non redundāt in aīam poſitiue: ſ; bene ꝑ quandā neceſſariā ſequelā: nō ſolum q̄tu; ad operationē: ſ; etiā quantu; ad multa alia: vt. s. Tho. dicit pͥa prime. q. 85. art. 7. ⁊ primo ſen. di. 8. q. 5. ar. ſcđo.

Sco. in 2. di. 32. q. pma. ¶Contra eandē arguit Scotus. ꝓbando ꝙ caro que ſeminat̃ non inficiatur in ſeminatiōe ex libidine vel feruore prio. Semen nūq̄ fuit animatu; anima patris: igit̃ nunq̄ contraxit ab ea.

¶Confirmat̃. Tum qꝛ Anſelm⁹. de cōceptu virginis capl'is. 6. ⁊. 7 dicit ꝙ nō magis eſt ſemen īfectū q̄ ſputu; vel ſanguis. Tum qꝛ ſemen trāſmutatur ꝑ; diuerſas formas ſbales anteq̄ fiat ex eo corpus organicū. Tum qꝛ miraculoſe formatus de carne digiti tm̄: cōtraheret peccatū originale: qđ eſt cōtra Anſelmū vbi ſupra ca. 19.

¶Rñdeo. negat ꝯña. Quia ſemē dicit̃ infectū non poſitiue: qꝛ. ſ. ī eo eſt aliqua q̄litas poſitiua cauſata ab aīa ſeminātis ſ; ꝓuatiue: qꝛ. ſ. ī eo eſt virt⁹ generatiua ꝓductiua nature humane cū defectu originalis iuſtitie. Eſt aūt illa ꝓuatio virtus in ſemine exiſtēs qualitas intentionalis nō habēs eſſe ratū: fixum et reale.

¶Dico pariter ꝙ nō plus valet iſta ꝯña q̄ iſta. Semen nunq̄ fuit animatū: ergo nunq̄ habuit vel accepit ab anima ſemiṅātis virtute; traducēdi nãm humanā. qꝛ ſufficit ꝙ cauſa inſtrumētalis ꝯtineat in quadā virtute intētionali ſimilitudinē forme: non autem actu.

¶Ad cōfirmationē dicit̃ ꝙ ſemē nō eſſe magis infectum. intelligit Anſelm⁹ in ſectiōe peccati actualis nō aūt originalis. Cu; in eo ſit peccatū originale in virtute ſicut in cā inſtrumētali: quo mō intelligo. s. Tho. de malo. q. 4. ar. 3.

¶Ad cōfirmationē pmā; dicitur ꝙ procedit ex falſa imaginatiōe Scoti. ſ. ꝙ infectio peccati originalis ſit in ſemine de quo format̃ prolis corpus: qđ format̃ ex ſemine materno. ſed dicimus ꝙ eſt in ſemine paterno: qđ nō trāſmutat̃ per diuerſas formas ſubſtātiales ad hoc ꝙ formetur corp⁹ prolis. Poſſet tn̄ dici ꝙ talis eſt in ſemine paterno ſicut in cauſa iſtrumētali. in materno vero ſicut in potētia paſſiua vl' cauſa materiali. Et in tali mã nō in ordīe ad quācūq; forma; indifferēter: ſed in ordine ad animam rationalem tm̄.

¶Ad cōfirmatione; ſcđam dicit̃ ꝙ format⁹ de carne digiti non cōtraheret originale: quia defectus reperti in tali homine nō haberēt rationē culpe. Talis. n. nō acciperet naturā ab Adā effectiue: ⁊ ita nec illos defect⁹. De hoc. s. Tho. pma ſcđe. q. 81. ar. 4. ⁊ in preſenti di. ⁊ de malo. q. 4. ar. 7.

¶Sciēdū ꝙ ſi quis purgatus ab originali moreret̃ ⁊ reſurgeret vt Lazarus: fomes in eo reptus nō haberet rōnem originalis: qꝛ q̄tū ad id qđ abſolute dicit fomes ex principiȷ̄s nature cōſequit̃. ſ; q̄tū ad id qđ dicit ꝓuatiue ꝑtinēs ad culpā originalē cauſat̃ inſtrumentaliter a ſemīe patris: vt. s. Tho. in preſenti diſtin.

¶Arguit quoq; idem ꝓbando ꝙ caro pueri nō maculet animā in inſtāti infuſionis. Primo eni; ſeq̄tur vnum difficile ad ſaluandū. ſ. ꝙ in cāus totalib⁹ equocis eēt circulatio. Nam anima inficit carnem et caro animam. Scot⁹ vbi. s.

¶Scđo ſequitur ꝙ intellect⁹ ſit imaterialior q̄ voluntas que ſm̄ te imediate tranſmutat̃ a corꝑe.



Intellect⁹ eīn non pōt moueri a phātaſmate corporeo niſi mediāte intellectu agente.

¶Tertio ſequit̃ ꝙ originale pri⁹ eſſet in eſſentiā: qđ eſt falſu;: qꝛ in eſſentia: vt ſit non eſt natum eſſe peccatum.

¶Rñdeo. negant̃ ſequele. Ad ꝓbationē primā dꝛ ꝙ caro nō maculat animā effectiue aliq̄d iprimendo ſed defectiue: ſicut ſubiectū indiſpoſitū dꝛ maculare forma;: qꝛ nō recipit̃ ſm̄ ſuam puritatem et virtutē: ⁊ ꝙ vtraq; nō eſt cā totał nec eodē mō cāns. Nam aīa Ade fuit cā principalis infectionis carnis. Caro vero nō eſt cā principalis ſ; inſtrumētalis mota ab Adā. Item anima Adē in ꝓprie carnis infectione fuit cā totalis: in reliquorū carne partialis. Quare circulatio ibi nō eſt: quā inaniter ꝑtinuit arguens.

¶Ad ꝓbationem ſcđe ſequele dicit ꝙ potentia pure corporalis poteſt imutare ta; voluntatē q̄ eēntiam anime defectiue ⁊ partialr̄ ⁊ inſtrumētalr̄: quo mō phātaſma imutat poſſibilem intellectum.

¶Ad ꝓbationē tertie dicit̃ ꝙ in eſſentia aīe non pōt eſſe culpa actualis ſ; culpa originalis dicens priuationē perfectionis ꝑficiētis eſſentiam ⁊ potētias aīe. item poteſt eſſe in potentiȷ̄s.

¶Arguit ad idē ſcđo. qꝛ nō videt̃ quare primus hō potuit actu ſue volūtatis īficere carnē ſua: q̄n etiā ſcđs ⁊ terti⁹ poſt eum poſſint.

¶Rñdeo. Caro Ade habebat aliquā ꝟtutē ſupnãle; q̄ poterat tolli ꝑ pctm̄. Talē aūt virtutem carnes ceterorū nūq̄ habuerunt. de hoc. s. T. in pn̄ti. di. q. 1. ar. 1. ⁊ diſ. 33. q. 1. ar. 1. ad. 3.

¶Eſt ḡ ſm̄ ſniam. b. Th. in ſemine paterno ꝟtus q̄dā intētiōalis traductiua defectuu; ī carne ⁊ in aīa prolis. In carne q̄de; cū rōne pene. In aīa vero cū rōne culpe ⁊ pene ⁊ reatus pene eterne. Et hoc totū ꝓcedit ab Ada; ſicut a cauſa efficiēte principali remouēte ꝓhibens: a ſemine vero ſicut a cauſa inſtrumentali.

¶Aduerte. ꝙ quicq̄d ſenſerit. s. T. in. 2. mēs ſua vltima fuit: ꝙ cū dicit caro inficit aīam: intelligit̃ nō de carne cui ꝓprie vnit̃ aīa: ſ; de carne patris vel de ſemine carnali. pma ſcđe. q. 81. ar. 4. ad ſcđ;. Et hec de queſtione ſufficiant.

## ¶Diſtin. xxxij.

Frater Iſidor⁹ mēſis

Irca. 32. diſ. querit̃. Utrū oēs aīe hūane ab origine ſint eq̄les?

Pro qōne ponit̃ talis ꝯclo. In animabus rōnalib⁹ ſunt diuerſi gradus eiuſdē tamen ſpeciei. Hanc ponit. s. Tho. hic. q. 2. ar. 3. Itē primo ſen. di. 8. q. 5. ar. 2. ad ſextū. Itē prima pte. q. 85. art. 8. Ratio eſt. forme naturalr̄ ꝓportionate ſuis ſuſceptiuis ſm̄ ineq̄litatē ſuſceptiuoꝝ: habēt inequalitatē inter ſe. S; anime humane ſunt hmōi forme recepte in ſuſceptiuis inequalibus: ⁊ inequaliter diſpoſitis: ergo ⁊c.

Durand⁹ ¶Cōtra concluſionē arguit Durandus. Inequalitas animarum aut itelligit̃ ſm̄ gratuitas ꝑfectiones: ⁊ ſic veꝝ eſt animas eē ineq̄les: ſicut p; de anima xp̄i Ade et Eue. Aut intelligit̃ ſm̄ ꝑfectiones naturales. Et he ſunt duplices: eſſentiales vel eſſentiā cōſequentes. que ſunt ēt duplices. Cōes. ſ. toti cōpoſito ſicut ſunt potētie vegetatiue vel ſenſitiue. ⁊ ad hunc ſenſu; etiā cōceditur inequalitas animarū. Uel proprie ipſi anime vt ſunt intellectus ⁊ volūtas. Et hoc eſſe nequit ſine equalitate eſſentiarū. Qđ ꝟo inequalitas eēntiarum in formis eſſe nequeat arguit ſic. In q̄buſcūq; formis eiuſdem ſpeciei eſt dare ꝑfectius ⁊ imperfecti⁹ eſt dare magis ⁊ minus ꝓprie dicta. 7. phy. S; in aīabus eſt dare ꝑfecti⁹ ⁊ imꝑfecti⁹ ſm̄ eēn Ter. cā. 29.

Cap. de ſba.
Duas formas eiuſdez ſpẽi eſſe ineq̃les pōt tri= pl'r itel= lige.

etiã: ꝙ magis ⁊ minꝰ: ꝙ vnꝰ hõ erit magis homo ꝙ̃ alius. qꝺ eſt ꝯtra Phm in p̃dicamentis.

¶ Rñdeo dico pᵒ. ꝯceſſis his q̃ in argumento ꝯcedunt ꝙ duas for= mas eiuſdez ſpẽi eſſe ineq̃les quo ad ſuas eẽntias pōt itelligi tripl'r Pͥo mõ q̄ vna hz pl'es ptes di= uerſaꝝ rõnũ eius eẽntiã ꝯſtituen tes ꝙ̃ habeat alia: vtputa aliꝺ ge nus vel aliã d'riaz. Scꝺo mõ quia vna illaꝝ cõſtituta eſt ex pluribꝰ ꝑtibus eiuſdẽ rõnis ꝙ̃ alia: q̃ mõ Scotiſte ⁊ Okaniſte ponũt inten ſionẽ ⁊ remiſſionẽ in accñtalibus formis. Vterq; hoꝝ ſenſuũ falſus eſt. Tertio mõ q̄ vna dat ꝑfectiꝰ eſſe ſbale ꝙ̃ alia: ⁊ magis actuat ſbm ⁊ magis ab eo ꝑticipat: q̃ ꝑti cipatio eſt ipm eſſe qꝺ dat: ⁊ ꝯñr dr ineq̃lis ſm eſſentiã. i. ſm aliq̃d adherẽs eẽntie ⁊ ꝙ eſt actus eẽn= tie. Et hũc credo eſſe intellectum beati Thome in hac materia.

¶ Dico ſcꝺo ad formã argumenti negãdo maiorẽ: q̄ ad magꝭ ⁊ mi= nus aliq̃d ãpliꝰ exigit ꝙ̃ ꝑfectiꝰ ⁊ iꝑfectiꝰ. ſ. ꝙ talis forma poſſit ſbz ſuũ ꝑficere plus ⁊ minꝰ ⁊ eidẽ dat diuerſa eẽ ſucceſſiue: quoꝝ vnũ ſit alio ꝑfectiꝰ. qꝺ tñ ꝯtigit i forã accñ tali de hoc. s. T. 1. 2. q. 52. ar. 1.

Suſci= pere ma gis ⁊ mi nus pōt accipi dupl'r.

¶ Dico tertio ꝙ ſuſcipe magis et minꝰ pōt accipi dupl'r ꝓprie: adq; reqrunt tria. primũ ꝙ forma talis ihereat ſuo ſbo diuiſibil'r. ſcꝺz qꝺ poſſit illi dare diuerſa eẽ. tertiũ ꝙ ſbm ꝑticipãs eã hẽat aliũde ſpẽz ꝙ̃ ꝑ eã. ſcꝺo pōt accipi large ꝑ ꝑfe ctius ⁊ imꝑfectiꝰ ꝑticipari formã in ſbo. Et ad hũc ſenſuz pōt cõce= di ꝙ forma ſbalis eadẽ in ſpecie ſuſcipit magis ⁊ minus: nõ autez eadẽ in numero. qꝺ etiã a Scoto ꝯcedit octauo met. q. 1.

¶ Nec ſequit ꝙ vnus hõ magis diceret homo ꝙ̃ aliꝰ: q̄ talia noĩa iportãt nãz ſpecificã in eſſe q̃dita tiuo ⁊ ſpecifico: ⁊ ꝯ̃trũ ad tale eſſe: forma nõ ſuſcipit magis ⁊ minus Poſſent tñ fingi aliq̃ noĩa in gñe ſbe: q̃ p̃dicarent cũ magis ⁊ minꝰ q̄ ſignificarẽt participationẽ for me a ſubiecto ⁊ nõ formã in ſe: vt forte talia nomina animatus: hu manatus: ⁊ ſimilia.

¶ Ad idẽ arguit. Diſpõnes mãe nõ redũdãt in formã nõ eductã d̃ potentia mãe. ergo ⁊c.

¶ Rñdeo. Negat añs: q̄ redũdãt in oẽm formam vnibilem ⁊ mãe proportionatam.

Hẽric⁹.

¶ Cõtra eãdẽ arguit Hẽricus. 3. quoli. q. 5. forma pure ſpũalis nõ vnibilis mãe: vt eſſentia ãgeli in eadẽ ſpẽ: nõ ſuſcipit magis ⁊ mi= nus. ergo nec forma pure ſpũalis materie vnibilis. Antecedens eſt phi octauo meta. dicẽtis de eiſdẽ ſubſtãtijs. queãdmodũ in nũero nõ erit magis ⁊ minꝰ: nec in ſub= ſtãtia que eſt quaſi forma: niſi ſit ſubſtantia: que ſit cum materia. ꝯña probat. Totũ enim eſſe ſpẽi in quolz ſuppoſito aĩe ꝯſiſtit: ⁊ q̃lz aĩa nõ aliud ꝙ̃ ipa ſpẽs eẽ videt.

text. hic

¶ Rñdeo. Dicit primo ꝙ auctori= tas phi falſe ⁊ varie exponit. Naz loq̃t ibi gñal'r de oĩ ad hũc ſenſuz ꝙ nulla forma quãtũ ad id qꝺ eſt de rõne forme: aut quãtum ad eẽ q̃ditatiuũ recipit magꝭ aut minꝰ ſz tñ forma ſubſtãtialis pōt ſuſci pere magis ⁊ minus quãtũ ad eẽ ꝙ dat ſubiecto. prima ſcꝺe vbi ſu pra ⁊ octauo meta.

¶ Dicit ſcꝺo ꝙ ꝯñtia eſt falſa. ⁊ ꝙ aĩe hñt nãlem habitudinẽ ad cor= pora penes que diſtinguunt: iꝺ aliud eſt anima humana: aliud ſpecies humana.

Bernar dus de gãnaco in impu gnatiõe tertij q̃= lib. Go= dofredi q. 5.

¶ Cõtra eãdẽ arguit Bernardus de gãnaco. ꝓbando ꝙ nõ ſit vna aĩa nobilior alia in ſubſtãtialibꝰ neq; quãtũ ad pertinentiam ad ſpẽz neq; quãtũ ad ꝑtinentiaz ad indiuiduum: ⁊ ꝙ pariter anima chriſti quãtum ad illa nõ ſit nobi lior ceteris.

¶ Ad que rñdetur ꝙ male accipit exceſſuz vnius aĩe ſuꝑ aliam. non eñ eſt ꝑ ꝑ alietatẽ partiũ alteriꝰ aut eiuſdẽ rõnis: ſed tñ ꝑ ꝑ exceſ= ſum eſſe vnius ad exceſſuz eſſe al

terius



terius. Et hoc intendit. s. Thom. in preſenti di. arti. vltimo ad pri= mum. quomodo aĩa quoq; chriſti excedit alias ⁊ hec de queſtione dicta ſufficiant.

## ¶ Diſtin. xxxiij.

Frater Iſidorꝰ mlenſis

CIrca diſt. 33. querit. Vtrũ peccato origi= nali debeatur pena ſenſibilis.

Pro hac q̃õne ſit hec pri ma concluſio. Priuatio diuine vi ſionis eſt ꝓpria ⁊ ſola pena pecca ti originalis. Loquẽdo de penis formaliter inexiſtentibꝰ aut inhe rentibꝰ ꝑſone. Qꝺ dico ꝓpter car ceralem paruulorũ incluſionez: q̃ lz ſit pena: eſt tñ extrinſeca nõ aũt intrinſeca: nec itrinſecã cauſans Hanc ponit. s. Tho. hic. q. 2. arti. primo. item de malo. q. 5. ar. 2.

¶ Ratio eſt. Peccato nãli ⁊ nõ ꝑ= ſonali debet pena nãe nõ ꝑſone. Sed peccatũ originale eſt pecca= tum nãle nõ ꝑſonale: priuatio ṽo diuine viſionis ẽ pena nãlis pena ṽo ſenſus eſt pena ꝑſonalis. igit peccato originali debet prima pe na non aũt ſecunda.

Grego. l. 2. diſt. 30.

¶ Cõtra hanc cõcluſionẽ arguit Gregorius de Arimino ꝓbans ꝙ Auguſtinꝰ ſenſerit oppoſitũ. pͥo in lib. de fi. ad Petrum. cap. 27. di cens paruulos ſine baptiſmo de= cedẽtes: ignis eterni ſupplicio eẽ

An pue ri dece= dentes cum ori ginali: puniantur pẽa ignis.

puniendos. conſtat aũt ꝙ pena ignis eterni eſt pena ſenſus: de q̃ pñs currit queſtio.

¶ Si dicat: vt ait. s. Th. de malo. q. 5. ar. 2. ad primũ. ꝙ noĩe tormẽ ti ⁊ ſupplicij ⁊ gehẽne ⁊ cruciatus vel ſi quid ſil'e in dictis ſanctoruz inueniatur eſt large accipienduz ꝓ pena: vt ponat ſpecies ꝓ gñe: iꝺ ſũt ſancti tali mõ loq̄ndi vſi ſunt vt deteſtabilẽ redderẽt errorem pelagianorũ: qui aſſerebãt in par uulis nullũ eſſe ꝓctm: nec eis ali quam penã deberi.

¶ Cõtra. Pͥo ſequit ꝙ Auguſti= nus eximius extirpator errorum dixiſſet falſum ⁊ nõ ꝯſonũ fidei eẽ firmiter credẽduz: ad errorẽ extir pandũ. qꝺ eſt incõueniẽs.

¶ Secũdo q̄ in illo libro ꝯtra nul lum errorẽ procedit: ſed tñ ponit 40. canones fidei.

¶ Cõfirmat. Tum q̄ huius regu le oppoſitũ nullibi iuenit ab eccle ſia determinatũ nec in ſacra ſcri= ptura p̃dicatũ. ꝙ ꝓprie ⁊ nõ large vel exceſſiue loquutus eſt. Tũ q̄ non eſt veriſimile ꝙ fidei regulas ſub metaphoris tradidiſſz: ⁊ maxi me vnã ſolã. Tũ q̄ ſil'r ⁊ ſemel exp̃ mit penã taliũ pueroꝝ: ⁊ demonũ ⁊ adultoꝝ. ⁊ ſic pariter aliꝰ dicere poſſet ꝙ ex illis verbis nõ poſſet haberi ꝙ diabolus aut alij non patiantur penã ſenſus.

¶ Rñdeo. Negat ſequela. Quia dictum. b. Auguſtini ſane intelle ctum verum eſt.

¶ Ad ſcꝺm dr ꝙ oĩa dicta a. b. Au gu. in illo libro fuere ad excluden duz errores potiſſime q̃ circa ſua tẽpora pulularũt: cuiuſmodi erat error pelagianorum.

¶ Ad primã cõfirmationẽ dr ꝙ lz nec ab eccleſia nec a ſacra ſcriptu ra habeat expreſſe oppoſitum il= lius: tñ ex dictis ſacre ſcripture et doctorũ eccleſie apparet ꝙ dicta ſ. Auguſtini ⁊ aliorũ ſanctoruz in hac mã: ſunt intelligenda modo quo dictum eſt. Tum q̄ chriſtus vbicũq; loquit de pena ſenſus re probis inferenda ſemꝑ premittit aliquid pertinẽs ad eorũ culpas actuales: vt pz Matth. 25. Idem Paulus ſcꝺe ad cor. q̃nto. Ipſe q̃z Auguſtinus in pleriſq; locis te= ſtatur deum illis ſolis redditurũ dãnationem eternã: qui ſponta= nea delicta incurrerunt. vnde ⁊ re citatur i decretis. 23. q. 4. ca. Na= buchodonoſor.

¶ Ad ſcꝺaz cõfirmationẽ dr ꝙ nõ eſt mirum ſi. b. Auguſti. in regu= lis fidei aliquas locutiões meta= phoricas interſerat: cum chriſtus i doctrine fidei parabolice loq̄re=

P. ſon. ſuꝑ. 2.

ſen. Jo. cap.

tur:nec ſolū in vna regula: immo
in alijs eiuſdē libꝛi. ſimili mō lo=
quēdi vtitur:vt pꝫ aduertenti.
¶Ad tertiā cōfirmationē dicitur
ꝙ Auguſtinus nō ſemꝑ loquitur
ſimul de adultis ⁊ paruulis. Ait
eñi ibidē. oīs hō q̄ in hoc ſeculo vſ
ꝗ ad finē iniq̄tatū delectatione ⁊
coꝛdis obduratione ꝑmanſerit:ſi
cut hic eū noxia criminū delecta=
tio tenuit ſic eū ſine fine noxia pe
na tenebit. ecce ꝙ dicit noxia pe=
na .i. ſenſibilis.
¶Scd̄o ꝓncipalr̄ oñdit. b. Augu=
ſtinū fuiſſe p̄fate ſentētie ī hippo
noſticon reſponſione quinta con
tra pelagiū. Tum qꝛ ibidē dicit
ꝙ alienꝰ a fide ſupplicia experie=
tur eterna:experiētia aūt ſuppli=
cij:ſine cruciatu ⁊ pena ſenſus nō
intelligunt̃. Tum qꝛ ſm̄ eum qui
liber eſt in regno celoꝝ vel gehē=
na per quā moꝛs ſecūda cruciatu
durabilis ſemper ⁊ vbi fletus et
ſtridoꝛ dentium intelligit̃. vbi cō
cludit eſſe infantes baptizatos.
¶Reſpondeo. Dico pꝛimo ex di=
ctis Auguſtini cōtra pelagiū con
cludi ꝙ receptaculū taliū paruu=
loꝝ erit vna pars īferni tenebꝛo
ſa ⁊ igni infernali vicina:quā vo=
cat ignem eternū ſupplicium:cru=
ciatum cū adiunctiōe pene dāni.
¶Dicitur ſcd̄o ꝙ ſi Auguſtinꝰ ex
intētiōe pꝛoponebat loqui de pe=
na ſenſibili:tunc opoꝛtet dicere ꝙ
loquitur de paruulis nō baptiza
tis:⁊ ita paruuli: vt tñ vſum ha=
buerint rōnis ⁊ credere ſi vellent
potuerint:vt patet ex illis verbis
cū dicit:iuſti in regno patris erūt
ſimul cum chꝛiſto: iniqui in igne
eterno ꝑato diabolo ⁊ āgelis eiꝰ.
¶Tertio. Oñdit idē in ſermone
de baptiſmo paruuloꝝ intēdiſſe
b. Auguſtinū:qꝛ dicit ꝙ in iudicio
Chꝛiſti oēs erūt ad dexterā vel ſi=
niſtrā:nec erit locus mediꝰ:ergo
paruuli ibunt in ignē eternū.
¶Reſpondeo. Auguſtinꝰ per illa
verba intelligit generalr̄ omnem
penam ſiue dāni ſiue ſenſus : vel
loquit̃ de paruulis habētibꝰ vſū
liberi arbitrij. Alij .n. paruuli non
erūt ꝓpꝛie in ſiniſtra:qꝛ eis nullo
mō pn̄t adaptari vituperationes
que xp̄s dicturus eſt ſꝫ euāgeliū
illis. Tū qꝛ eē in ſiniſtra ſm̄ glo=
ſas allegatas a. s. T. Matth. 25.
eſt habere mala opa. Tū qꝛ ea q̄
ibi dicunt̃: vt pꝛobat. s. T. ſm̄. b.
Gregoriū intelligunt̃ de fidelibꝰ
dānādis:nō de infidelibus.
¶Confirmant̃ pꝛedicta. Tum qꝛ
b. Auguſtinꝰ ex intentione cōtra
pelagianos videt̃ pꝛobaſſe hm̄oi
infantes penā ignis ⁊ cruciatum
pati ⁊ nō tm̄ penam dāni. Tum qꝛ
nec ſm̄ Auguſti. nec ſm̄ aliū eun
dem referentē:legi ꝙ patiant̃ ſo=
lam penam dāni. Tum qꝛ in pꝛin
cipio quarti ca. Enchiridion vult
b. Auguſtinꝰ ꝙ oēs non liberati a
maſſa peccati ꝑ Chꝛiſtū reſurgēt
cum carne vt in illa patiant̃.
¶Reſpondeo. Illud dictū intelli
gitur de paruulis habētibꝰ vſum
rōnis:vel dicēdū ꝙ erunt in igne
quātum ad circūdationē ⁊ inclu=
ſionem paruuloꝝ a tali igne vel
vicinitatē ad talem ignē. pn̄t aūt
dici pati penā. pꝛimo qꝛ carebunt
diuina viſione. ſcd̄o qꝛ in viliſſimo
loco detrudent̃. tertio qꝛ erūt vici
ni viliſſime ſocietati:⁊ ſi q̄d aliud
ad pꝛedicta dici pōt.
¶Ad ſcd̄am confirmationē dicit̃
ꝙ ex verbis Auguſtini ⁊ alioꝝ
ſanctoꝝ habet̃ ꝙ ſola voluntas
ardet in inferno:vnde cum in tali
bus pueris nō fuerit volūtas illo
modo quo ſonat in malis:ꝯñs eſt
ꝙ penam ignis ſenſibilē nō expe
rientur. Item poſito ꝙ patiantur
ſequit̃ magnū incōueniēs ⁊ in ſe
abſurdiſſimū. ſ. ꝙ peccās actualr̄
in cētuplo mitiꝰ patiet̃ in inferno
ꝗ̄ paruulus. qd̄ ēt eſt ꝯtra Augu.
¶Ad tertiā dr̄ ꝙ patient̃ penā dā
ni cū diabolo:nō aūt penā ſenſibi
lē. Nō dꝫ ēt extendi illā auctori=
tas ad eos q̄ fuerunt de ꝑditiōis
maſſa tm̄ rōne peti oꝛiginalis:ſed
rōne oꝛiginalis ⁊ moꝛtalis ſimul.



¶Quarto arguit. b. Gregoꝛium.
fuiſſe huius opiniōis. 9. moꝛaliū.
Multiplicauit vulnera mea ſine
cā:dicens ꝙ tales ad toꝛmenta ꝑ
ueniunt que et percipiunt.
¶Confirmat̃ rōne:quia paruulis
multo meliꝰ eſſet poſt hanc vitā ⁊
finalē dānationē ꝗ̄ in hac vita:in
qua penes patiunt̃ et diuina ca=
rent viſione.
¶Rn̄deo. Nomē toꝛmēti ē large
accipiendū pꝛo pena : vt ponatur
ſpecies pꝛo genere.
¶Ad rōnē rn̄det. b. Tho. hic. q. 2.
arti. 1. ad tertiū. item de malo. q. 5.
ar. 4. ad quintū. Pena taxata ibi
grauiꝰ puniunt̃:pena ꝯcomitanti
hic. pena aūt taxata directe pecca
to oꝛiginali hic eſt ſubtractio gra
tie gratum facientis vel oꝛigina=
lis iuſtitie ⁊ illius diuini ⁊ ſuper=
naturalis auxilij. in futuro vo pe
na eius eſt pꝛiuatio diuine viſiōis
et carceralis incluſio.
¶Et cum ait. b. Grego. ꝙ talibus
paruulis flagella poſt moꝛtē mul
tiplicant̃:hoc iō eſt qꝛ pꝛiuatio di
uine viſionis in moꝛte eſt eis pe=
na q̄ nō erat in vita. Itē poſt moꝛ=
tē carceraliter includunt̃:et oī ſpe
remedij pꝛiuantur.
¶Quinto arguit. Opinio. s. Th.
non hꝫ pꝛo ſe rōnē cogentē nec au
ctoꝛitatem. ergo ⁊c.
¶Rn̄deo. Negat̃ añs. ⁊ rō quidē
adducta nūc fuit ſupꝛa ad ſecun=
dā ꝯfirmationē:ſunt ēt multe alie
vt pꝫ legenti doctoꝛes. Habet ēt
ꝓ ſe auctoꝛitatē Chꝛiſti ⁊ Euāge=
liſtarū ⁊ Aplo̾ꝝ ⁊ ſanctoꝝ docto
rū ⁊ alioꝝ appꝛobatoꝝ:q̄ bene in
tellexerūt verba Augu. Fauet his
capl̄ꝫ maioꝛes extra de baptiſmo
⁊ eius effectu:vbi ſcribit̃ ꝙ pena
oꝛiginalis peccati eſt carētia diui
ne viſionis:actualis vero peccati
gehēne ꝑpetuꝰ cruciatꝰ. Et ꝗuis
gloſa ibidē dicat ꝙ paruuli q̄ ſine
baptiſmo decedūt ī tenebꝛis ma=
nent:tñ nō eſt multū curādum: qꝛ
ille gloſatoꝛ multa falſa dicit:⁊ in
illo paſſu ꝯtradicit textui:niſi foꝛ
te gloſa eius exponat̃ ſicut dicta

Gloſſa decretaliū multa falſa dixit.

Auguſtini ex quibus extrahitur.
**Conclo. ij.** Decedētes cū ſolo pec=
cato oꝛiginali non patiunt̃ vllam
afflictiōem doloꝛis īterioꝛis. Hāc
ponit. s. Tho. de malo. q. 5. arti. 3.
itē in. 2. di. 33. q. 2. ar. 2. Ratio ē.
nullus in rōnis rectitudine cōſti=
tutus affligit̃:nec triſtat̃:qꝛ caret
eo ad qd̄ nunꝗ̄ fuit ꝓpoꝛtionatꝰ
ſed tales pueri vtunt̃ recta rōne:
⁊ dato ꝙ cogitent ⁊ ſciant ſe eſſe
pꝛiuatos vel excluſos a dei viſio=
ne:ſciunt ſe nunꝗ̄ ad illam fuiſſe
ꝓpoꝛtionatos:igitur de hoc non
triſtantur.
¶Contra hāc rōnem arguit Du
randus: Pueri nō baptizati lꝫ ī in
ſe habuerīt aptitudinē aut ꝓpoꝛ
tionē ad cōſequutionē gloꝛie:tñ
habuerūt eam in ſua radice. ſ. in
p̄mo parēte:ſicut filiꝰ militis ha=
buit aptitudinē ad imperium:qui
culpa ſui patris eo eſt pꝛiuatꝰ. igi
tur pariter dolebunt.

Durandus.

¶Rn̄deo. Rō hec fundat̃ ſuꝑ hoc
ꝓncipio. Homo ſane mētis ⁊ vtēs
ſola rōne recta:dolere pōt de hoc
ꝙ pꝛiuat̃ bono ad qd̄ habuit apti
tudinē in ſua radice. Hoc vero ꝓn
cipiū falſum eſt in tribꝰ caſibus.
Pꝛimꝰ eſt qñ cōſtat tali ter ꝓuato:
ſuā pꝛiuationē eē iuſtā. Secūdꝰ
qñ cōſtat ei. ꝙ ſua volūtate pꝛiua
tio nō eſt inducta:nec potuit īpe=
diri ab eo. Tertiꝰ eſt: qñ ꝯſtat ta=
liter pꝛiuato ſola recta rōne vtēti
ſuum diſplicere:foꝛe penitꝰ inuti
le:inhoneſtum:indelectabile. ſuū
vero nō diſplicere vel appꝛobare
aut ſaltem patienter tale dānum
pati eſſe honeſtum:vtile. aut dele
ctabile. Hec aūt cōcurrunt in tali
bus paruulis poſt hāc vitā. Iſta
autem ſolutio fundat̃ in dictis. s.
Tho. 2. ſen. diſt. 33. q. 2. ar. 2.
¶Arguit pariter idē contra ſe ⁊
contra pꝛobationem quādam. s.
Tho. Omnes videbunt generale
iudicium eſſe iuſtum. ergo pueri
tunc cognoſcent bonos pꝛemiari
viſione diuina ꝓpter ſua merita:
ſe autē pꝛiuari ꝓpter demeritum

p̄imi parentis: quare ergo tunc
non delebuntur.
¶Rñdeo. Dico primo ſm eundē
Durāduȝ rñdentē pro ſe ⁊ pro no
bis: ꝙ tales paruuli nō ꝑtinebūt
proprie ad illud iudiciū generale:
qꝛ illud iudiciū erit d̾ peccatis cō
miſſis: ⁊ ꝙ nō opȝ vt cognoſcāt ſe
priuatos grā ac viſiōe diuina ꝑꝑ
peccatum Ade: qꝛ iſta cognitio ē
fidei. In pueris vero illis ponitur
eſſe ſola cognitio naturalis: ⁊ da=
to ꝙ ſi illd̾ cognoſcerēt. ſ. aliquos
aliqd ſupnāle meruiſſe ꝑ grāȝ: nō
tñ dolebunt: qꝛ in eis non erit ali
qua obliqua voluntas.
¶Dico ſcd̾o ꝙ prefata rñſio d̾ficit
in duobꝰ dictis. Primū ē ꝙ tales
paruuli nō ꝑtineāt ad iudiciū pro
prie: qꝛ nō cōſonat dictis. s. Tho.
in. 4. di. 47. q. 1. ar. 3. q̄ſti. 1. Itē in
4. di. 43. q. 1. ar. 5. q̄ſti. 2. Scd̾ȝ eſt
ꝙ nō cognoſcēt ſe p̄uatos grā dei
ꝓpter peccatuȝ Ade. Nam ex eis
locis patet ꝙ videbunt paruuli ⁊
cognoſcent demerita Ade ⁊ Eue
⁊ cām ſue dānatiōis ex Ade pctō.
ꝓbatio igit̄. s. Tho. ex. 2. ſen. ſecu
rior eſt ⁊ dictis ſctōꝝ ꝯformior: ꝗꝫ
ea q̄ ab eo ponit̄ de malo: ⁊ hec de
queſtione dicta ſufficiant.

# ¶Diſtin. xxxiiij.

Circa. 34. di. Querūt̄
duo. Prio vtrū rō bo
ni ſit abſoluta. Se=
cūdo vtrū malū ſit
aliq̄ natura. Que=
rit̄ prio vtrū rō boni
ſit abſoluta.

## Cōclō. j.

Rñſiua ē hec. Bo
nū ī ſua rōne for
mali includit formalr̄ reſpectum.
Hāc ſic ꝓbat de v̄i. q. 21. ar. p̄o. Id
qd̾ includit rōneȝ entis nec ē enti
ſynonymū ⁊ differt ab ente rōne:
nec addit enti aliqd ab eo diuiſū:
nec d̾riam ꝯtrahentē: nec ſolā ne
gationē: addit reſpectū ſupra rō=
nem entis. ſed bonū eſt hmōi. er=
go maiorem ⁊ minorem probat
longo proceſſu.

¶Cōtra arguūt Scotiſte. p̄mo.
Bonū nō dicit relationeȝ in deo:
ergo nec in creatura. ꝯñs pȝ. añs
probat̄. bonū in deo nō dicit rela
tionē realē ad itra: qꝛ nulla talis
relatio conuenit oibus perſonis:
nec realē ad ex̄: qꝛ deus eſſet bonꝰ
ex habitudine ad creaturas: nec
dicit relationē rōnis: qꝛ tunc bo=
num eſſet ens rōnis. ergo. Nullā
relationē dicit. añs pro oi ſua par
te eſt probatū: ⁊ ꝯñs pȝ a ſufficien
ti diuiſione. Scd̾o probat̄ añs per
Augu. q̄ dicit ꝙ deꝰ d̾r bonꝰ ad ſe.

Scotiſte vbi ſ. a. Durādo recitati.

¶Rñdeo ⁊ dico duo. Primo ꝙ ali
quid nullum pōt dicere reſpectū
duplr̄. Uno mō in p̄ncipali: ⁊ hoc
mō bonū nō dicit reſpectū: ſȝ pu=
rū abſolutū reale. ſ. in recto. Alio
mō aliqd reſpectū cōtinuatiue. ſ. i
obliq̄: ⁊ ſic bonū dicit reſpectū: q̄
tñ reſpectꝰ nō eſt quaſi ꝑs bonita
tis rei: hic aūt reſpectꝰ eſt habitu
do ꝑfectiui ſȝ ꝙ aliqd natū eſt ꝑ=
ficere ſm eſſe qd̾ hȝ in rebꝰ. Enti=
tas. n. nō eſt bonitas niſi vt eſt ꝑfe
ctio alicuiꝰ. de veri. q. 21. ar. 6. ꝑfe
ctio aūt rei eſt finis eius cuius eſt
ꝑfectio: ⁊ id̾o reſpectꝰ quē importat
bonū ē habitudo cāe finalis. Et
qꝛ cā finalis vltima hȝ hāc habi=
tudinē ex ſeipſa: ⁊ nō ab alio fine.
id̾o d̾r ꝙ deus qui eſt vltimꝰ finis ē
bonꝰ per ſe. i. ꝑ eēntiā: qꝛ vero ſe=
cūdi fines ꝑticipāt habitudinem
cāe finalis in ordine ad vltimū fi
nem: id̾o creatura non d̾r bona ꝑ
eſſentiā: qꝛ poſita eēntia creature
nō d̾r res bona niſi in ordine ad
deum. de veri. q. 21. ar. 1. ad p̄ mū.
¶Dico ſcd̾o ad argumētū ꝙ re=
ſpectꝰ quē ꝯnotat bonū ſiue ī deo
ſiue ī creatura eſt reſpectꝰ rōnis.
⁊ ad improbationē huiꝰ: negatur
ꝯña. qꝛ bonū nō ſolū dicit illū re=
ſpectū bonū abſolutū. ſ. entitatē
rei: que tamen nō p̄nt cōcipi ſub
rōne boni niſi p̄cōcipiat̄ talis re=
ſpectꝰ. Nunq̄. n. itelligit̄ deꝰ vt
bonꝰ: niſi itelligat̄ habitudo eiꝰ
ad creaturā ē rōe boni ⁊ ꝑfectiui.
¶Ad ſcd̾am probationē añtis di=



eo ꝙ mēs Auguſtini ē ꝙ bonū nō
dicit relōnē in deo ad intra: ſic pa
ternitas ⁊ filiatio ſiue ꝙ nō eſt re
latiuuȝ ſm eſſe: qd̾. ſ. dicat puros
reſpectꝰ: eſt tñ relatiuū ſm dici: et
tale relatiuū p̄t dicere ꝑfectionē.
¶Scd̾o arguit̄. Id qd̾ cōuertit̄ cū
ente eēntialiter nō dicit formalr̄
reſpectū: qꝛ ñ oē ens ē relo: ſȝ bo=
nū ꝯuertit̄ cū ente eſſentialr̄. ergo. ⁊c.
¶Rñdeo. Aliqd cōuerti eēntialr̄
cū alio pōt eſſe duplr̄. Uno mō qꝛ
nullā realitatē includit intrinſe=
ce quā nō icludat aliud: ⁊ ſic negat̄
maior. ⁊ cōcedit̄ mior. Alio mō qꝛ
nō ſolū aliquā entitatē quā nō in
cludat aliud: ſed nec aliqd̾ ens rō
nis in recto vel in obliquo: ⁊ ſic cō
cedit̄ maior. ⁊ negat̄ minor. et illa
conuerſio ſecundo mō dicta: pōt
ēt dici denominatiua rōne illius
reſpectꝰ queȝ includit preter rō=
nem illius cum quo conuertitur.
¶Tertio. Nullus reſpectꝰ hmōi
mouet: ſȝ bonū mouet appetitū. ergo
¶Rñdeo. Primo cōcedit̄ ꝯclō. ſ. ꝙ
bonū nō eſt reſpectus: includit ta
men reſpectum.
¶Scd̾o dico ꝙ abſolutū eſt reſpe=
ctu mouet. Nūq̄. n. quiditas mo=
uet intellectu ad actum cōponētē
niſi accepta in habitudine ad al=
terū: qꝛ actꝰ ꝯponēs fert̄ in vnū ꝑꝑ
cōuenietiaȝ eius ad alterū: lȝ ſine
reſpectū mouere poſſit ad actum
ſimplicē et ſic intellectꝰ practicus
mouet̄ a bono inquātū aliqd ap=
prehendit vt conueniens alicui.

Guido d̾ mōte carmel=lo.

¶Contra quoddā dictū in rñſio=
ne ad primū. ſ. ꝙ bonū hȝ rōnem
finis: arguit Guido de monte car
mello in quolibetis. Primo nullū
poſteriꝰ eſt de rōne prioris: ſed fi=
nis ē poſterior bono. ergo. maior
nota. minor ꝓbat̄. finis nō ita im
mediate cōſequit̄ ens ſicut bonū.
ergo poſterior eſt bono.
¶Rñdeo. Negat̄ minor. ad pro=
bationeȝ negat̄ añs: qꝛ oē ens eſt
appetibile: ⁊ ꝯñter finis motꝰ ap
petitꝰ: vt elicit̄ p̄ma ꝑte. q. 5. ar. 6.
¶Scd̾o. Nullū inferiꝰ eſt de rōne
ſuꝑioris. ſȝ finis eſt iferior bono.
ergo maior nota. minor ꝓbat̄. bonuȝ
eſt ſuꝑiꝰ fine. ergo finis ē inferior bo
no. ꝯña pȝ: añs ꝓbat̄. id qd̾ p̄dica=
tur de duobꝰ ex equo eſt ſuꝑiꝰ quo
libet eoꝝ: ſed bonū p̄dicat̄ de fine
⁊ de his q̄ ſunt ad finē ex equo. ergo.
¶Rñdeo. Negat̄ minor. Ad ꝓba
tionē negat̄ añs. ad ꝓbōnē negat̄
minor. Quia bonuȝ p̄ncipalr̄ ter=
minat motū appetitꝰ: de his vero
que ſunt ad finem d̾r ſm quid.

## Conclō. ij.

Appetibili=
tas ſiue re=
ſpectꝰ ad appetitū: includit̄ in for
mali rōne boni. Hanc ſic ꝓbat. s.
D. p̄ma ꝑ. q. 5. ar. p̄o. ⁊ de veri. q. 1.
ar. 1. Id qd̾ ponit̄ ī diffōne alicuiꝰ
eſt de rōne eius: ſȝ appetibilitas
ponitur in diffōne boni: nā bonū
eſt ꝙ omnia appetant. ergo.
¶Cōtra arguit Guido vbi ſupra.
Quicqd includit̄ in formali rōne
alicuiꝰ ꝯuenit ei in p̄o mō dicēdi ꝑ
ſe: ſed appetibilitas nō ſic ꝯuenit
bono. ergo maior nota. minor ꝓbat̄.
Appetibilitas ꝯuenit bono ꝑ ſe ī
ſcd̾o mō. ergo nō in p̄o. ꝯña pȝ: añs ꝓ
bat̄. Ois rō denoīans obȝ in cōpa
tiōe ad potētiā ꝯuenit obo ī ſcd̾o
mō ꝑſeitatis: ſed appetibilitas ē
hmōi. ergo maior pȝ. minor. ē ph̄i. 2.
de aīa. tex. cō. 67. dicētis qd̾ viſi=
bilitas ꝯuenit colori per ſe ī ſcd̾o
mō qꝛ denominat coloreȝ a viſu.
¶Rñdeo. Qd̾ obm potentie pōt
triplr̄ noīari. Uno mō noīe ſignifi
cante qd rei obti: ſicut color noīat
quid ſit obm viſus: ⁊ hoc mō obm
volūtatis ſignificat̄ ꝑ hoc nomē
ꝑfectū. Scd̾o noīat̄ noīe ſignificā
te ipſuȝ in ordīe ad potētiā q̄ mō
diceret̄ ꝙ viſibile eſt obm viſus: ⁊
ſic obm voluntatis ſignificat̄ hoc
noīe appetibile. Tertio noīat̄ no=
mine ſignificāte vtrūq̄: ſicut ſi di
camꝰ ꝙ color viſibilis ē obȝ viſꝰ: ⁊
hoc mō obm volūtatis ſignificat̄
per hoc nomen bonū ꝙ dicit abſo
lutum cum reſpectu.
